Epistolæ Damasi ~~Siricij~~ Siricij, Innocentij ac Bonifacij Pontificum ab Holstenio collectæ, atq; a Cardinali Francisco Barberino in lucem editæ, unà cum synodo Romana sub Bonifacio 2, ex quibus omnibus Justiniani error evincitur. Sanctus Innocentius Rufo episcopo Thessalonicensi suas vices comisit in provincijs Achaiæ, Thessaliæ, Epiri veteris et novæ, Cretæ, Daciæ mediterraneæ, Daciæ Ripensis, Mœsiæ, Dardaniæ, et Prævalis dicens = Non primitus hæc ita statuentes, sed præcessores nostros Apostolicos imitati, qui Beatissimis Acholio, et Anysio injungi pro eorum meritis ista voluerunt.// epist. 5. Habemus etiam S. Leonis in epistola ad Anastasium Rufi successorem in qua eidem vices suas delegat = Sicut prædecessores mei injunxit, prædecessoribus tuis, ita etiam ego dilectioni tuæ, priorum secutus exemplum ec.// Ex quibus patet Justiniani error de recentiori Thessalonicensis Ecclesiæ dignitate, nam Sirmium an. 441 dirutum fuit, ut ex Marcellino ad ~~consulatum~~ consulatum Cyri, Bleda, atq. Attila Hunnorum Reges = oppida Illyrici plurima exciderunt

97. de eodem argumento.

Magnum itaq. auctoritatis pondus sectæ adjicere Pelagiani arbitrabantur si Metropolitam Thessalonicensem eidem faventem reddidissent ex tempore ad quod data epistola pertinent. Eam vero decem et octo episcopi Pelagiani subscripsere, nempe Florus, Julianus, Turbantius, Orontius, Persidius, alijq. qui ipsi postea damnati fuerunt Turbantio ac meliorem frugi reverso. Eodem etiam tempore Julianus Romam literas misit, Auctore Aug. l. 1. ad Bonifacium Papam c. 1. ~~de~~ duabus epistolis correspondeo unius quidem dicit Romam misisse Julianus, credo ut per illam quos posset suos, aut inveniret aut faceret. alteram autem quam decem et octo velut episcopi participes eius erroris non ad quoslibet sed ad locum illius episcopum sua calliditate tentandum, et ad suas partes, si posset per traducendum, qui sunt Thessalonicæ scribere// Cum vero Aug. non nominet episcopum Thessalonicensem Baronius et Cossius suspicari se dixerunt, fuisse illum Rufum qui in Ephesina synodo schismaticis literis sollicitarunt. Sed res est citra suspicionem certissima id non videre potuerunt in epistolis Innocentij ad episcopos Macedoniæ, in quibus primo loco Rufus sedis ~~nostræ~~ nominatur, at Primas Macedoniæ erat Episcopus Thessalonicensis Rufus sedente Romæ Innocentio

Innocentio suffectus fuerat Anysio, obitq. Xisto Pontifice succedenti Anastasio. Extant plures epistole, Innocentij, Bonifacij, ac Celestini ad Rufum Thessalonicensem in synodo laudata Rome a Bonifacio celebrata Anno 435 sedebat Presul Thessalonice, Anastasius ex epist. 15 Xisti Pape, ibidem recitata. Porro inter Rufum Thessalonicensem atq. Atticum C.P. gravissima lis intercedebat. Hic in Illyricos Episcopos plerosq. sibi subdere satagebat, ille vero Thessalonicensium Antistitum iura mordicus tutabatur. Theodosius Imperator ob Constantij electione Bonifacio etiam Pontifice Attico causam adiudicavit hoc ipso anno legibq. rescripto ad Philippum Prefectum Pretorio Illyrici datum pridie id. iulias cod. Theod. lib. 16 2 L 42. de episcopis, ecclesijs ec.. Verum Bonifacius Papa Attici regimine sese opponebat, eaq. in rem datis literis Rufum animabat. Legesis epist. 8. Bonifacij ad Rufum Thessal. nona quoq. epistola Thessalos episcopos, sequenti vero universos Illyriciane diœceseos Antistites monet, ne ab Apostolica sede cui se ipsi imediate subiecti fuere, in Attici iurisdictionem transeant. Rufo super singulos potestate delegata ijs verbis - Episcopos in Illyrico citra consentiam coepiscopi nostri Rufi nullus ordinare presumat //.

de eo

95. de eodem argumento

Pelagiani q. Rufo atq. Attico dissidentibus turbidis in Oriente rebus aliqd sibi presidij exquisituri illum per literas huius pro Legatos adorti sunt in epistola ad Rufum missa in primis Zosimum Papam ac Romanum clerum prevaricationis accusarunt dicentes Romanos clericos iussionis terrore perculsos non erubuisse prevaricationis crimen admittere ut contra priorem sententiam suam qua [illegible] catholico dogmati affuerant postea pronunciarent mala hominem esse natura // apud Aug. lib 1 ad Bonif. c. . Addebant adversarios liberum arbitrium de medio tollere, fatum [illegible] se fatum inducere Deum acceptatorem personarum fingere, legem ab illis datam [illegible] ad tollenda sed ad augenda peccata Prophetas et Apostolos non fuisse sanctos, in comparatione nimirum malos, damnatos se extra synodum a paucis episcopis et idem horum plerisq. subscriptiones extortas appellare se tandem synodum oecumenicam [illegible] epistole mendacia atq. imposturas refellendis tres libros Aug. [illegible] [illegible] quibus postea Rufus Pelagianis respondent non istat, de Thessalonicensi [illegible]

de [illegible] et eius

Episcopo tas eliud in posterioribus Juliani libris silentium pelag.[na] ab eodē paradoxa damnata fuisse satis evidenter ostendit. Neq. secus si supuissent opinandum hereticis fuerat de doctissimo presule, et tot acceptis beneficijs Romane sedi arctius obstricto. Quā n fronte Pontificis sententiā eiusdē Vicarius damnasset[2] Ille paulo ante Zosimi encyclicā, quā Pelag.[nos] damnabat, subscripserat, ut ex Mercatore c. iy suggesti mus. Idē etiā postea an. 431 in Ephesina synodo p Flavianū Philippensem Pelag.[nos] anathemate perculit. Legit n in ea synodo in qua Nestorianorū et Pelagianorū damnatio cōdamnata fuit, isthec Flaviani subscriptio. Istis quoq. sanctiss. Patrē nostrū Rufum subscribere affirmo, nā cū pp egritudine huc venire n posset, mihi hec mandata dedit //

99. de eodem argumento

Sed neq. suscepta ad Atticū legatio feliciorē exitū sortita ē. Cū n ubi Celestius Cōstan: polim appulit, et pro suorū causa apud Atticū egit, statim ut hereticus damnatus regiaq. urbe expulsus fuit. Iterum apud Bizantiū facti Pelagianorum damnationis meminit Aug.[s] l. 3 c[on]t[r]a Julian. c. 1 et Prosp. in carm. de ingr. c. 2, et S. Celestinus Papa in epist. ad Nestoriū.

100 de Constantij morte et eius filijs

Norisius hic tempus tempus imperij Constantij describit ex Theophane, et Olympiodoro ut dictū ē ante n. 94, Constantiū au. n fuisse iugulatū ut scribit idē Theophanes, s. animi merore ac pleuritide laborans vitā cū imperio finijsse probat ex Olympiodoro. Rursus ex eodē Olympiodoro probat Norisius Constantiū ex Placidia suscepisse Honoriā filiā ac dein Valentinianū, qui postea imperarunt, sic vero corrigit Petaviū Rivolium aliosq. qui ex Prospero ad an. 423 Cassiodoro ibic. Paulo diacono, et Cuspiniano masculam utraq. prolem dixerunt preter au. Olympiodori testim quo probet Honoria fuisse Eminā, profert etiā Norisius inscriptione Ravennatim ex Rubeo l. 2 hist. Raven., et antiquo numismate a Comite

a comite Joanne de Lazara Patricio Patavino et equite; notat etiam ad hanc rem quod Prosper more antiquis ~~familiari et~~ familiari masculini nominis inflectione feminas designare potuerit et sicut ~~etiam~~ Melanius pro Melania, Eustochius et ~~ita~~ legimus, ita etiam Honorius pro Honoria dici potuit, et hinc alii qui solum ~~[illegible]~~ Prosperum legerunt errandi occasio ~~observat hoc etiam~~ Petavius. Ex his patet numisma inscriptum D N. Just Grat. Honoria P F Aug de quo Baronius tom 9. in appendice dubitat, an sit fictitium quod non ait Baronius nullum fuisse eidem matris cognomen ut dicta sit Galla Placidia quod Grata, et Socrate l 4 c 26 refici, ubi scribit Valentinianus, ex Justina Augusta Valentinianum iuniore et tres filias Justa Gratas, et Gallam suscepisse. Gallam duxit Theodosius imperator, e qua illa nata est Placidia, Arcadius et Honorius Placidia ac cuncta Constantio filias ab utriusque materteris nomine iustas et gratas, a fratre vero Augusto Honorias nuncupat. Minus etiam recte de eodem numismate dubitat Baronius, quod sorores imperatorum Augustae non dicebantur, nam id plane falsum esse constat ex epist. 24. S Leonis et laudata inscriptione ~~Ravenna~~ Ravennate, et ex tribus numismatibus apud laudatum Co de Lazara de hac Honoria legatur Priscus Panites in lib de except. legat.

101 Constantii adversus ~~Pelagianos opera~~ Donatistas opera

Constantium Augustum carum fuisse ex eo satis intelligitur quod lata olim a Marcellino contra Donatistas sententia, cum ob Heraclianos tumultus executioni mandari non potuisset, ~~Constantii opera~~ optatum denique exitum sortita fuit praecipiente Honorio et adiuvante Constantio ut scribit Orosius l 7 c 4. Lex contra Donatistas qua S Marcellini sententia infirmatur legitur in cod Theodosiano lib. 16 tit de Haereticis data an 414 consulibus Constantio, et Constanti

102 de ~~Vica~~ Thessalonicensi Metropolita et Justiniani novella castigata.

Theodosius mortuo Justiniano conceptam ciò Honorii indignatione deposuit, et Rufi atq. Attici lites diremptae sunt, nam Theodosius emissum in favorem Attici rescriptum abrogavit. Etenim Bonifacius Papa per litteras cum Honorio egit, ut apud Theodosium Thessalonicensis Ecclesiae patronum se praeberet quod libenter piissimus Imperator praestitit datis ad Nepotem litteris quae in laudata synodo n. IX leguntur, quibus Theodosius permotus latam paulo ante legem revocavit, scribens ad Praefectos Praetorio Illyrici — ut cessantibus episcoporum subreptionibus, antiquum ordinem specialiter faciant custodiri, ne venerabilis Ecclesia sanctissima Urbis privilegia a veteribus constituta amittat, quae perenne nobis sui nominis sui nominis consecravit imperium,, epist 12 ibid. Unde apparet Justiniani, seu potius eiusdem successorum imperitia, imo malitia, qui prius illud rescriptum Theodosii posteriori lege ab eodem abrogatum libro primo Justinianei codicis inseruere. Fatetur autem Theodosius prius rescriptum ab episcopis Illyricis novarum rerum studiosis atq. a Patriarcha Romano ad Constantinum defectionem meditantibus sibi fuisse surreptum — Unde, inquit, omnium supplicantium episcoporum per Illyricum subreptione remota statuimus observari, quod prisca apostolica disciplina, et canones veteres eloquuntur,,

103 de Vicariatu Thessalonicensi, et Corinthiorum.

Integra igitur antiqua Metropolitis Thessalonicensis, atq: Apostolici Patriarchatus per Illyricas Provincias iurisdictio deserva fuit de qua re eruditi recentiores egregie scripserunt Morinus l. 1 exercit 21, Hallier l. 4. de Hierarch. Eccles. sect 4 c 2 art 3. et Lupus in notis ad canonem 16 synodi Sardicensis. In eo autem Morinus et Hallier multo certe minus probant, quod in Oriente alium Apostolicae sedis Vicarium posuere a Thessalonicensi distinctum, nempe Metropolitam Corinthium ea motivi ratione quod Gregorius M. ad Joannem Episcopum Corinthi pallium mittens, ad Episcopos Helladis l. 4. epist 56 haec scripsit: = Pallium Johanni fratri nostro Corinthiorum Episcopo nos transmisisse cognoscite, cui vos magnopere conveniat

convenit obedire, praesertim cum hoc ubi et antiquae consuetudinis ordo defendat ec. //
At una cum pallio vicarias Apticae sedis vices Romanos pontifices delegasse Ijdem osten-
dunt Factos Corinthium metropolitam conatum quidem sese Thessalonicensi Vicario
Aptico subducere, cui novitati Romani pontifices obstiterunt. Erat Corinthus Metro-
polis Achaiae, et sedes Proconsulis. Quare uti Carthago et Proconsularis Africae,
itemque supremi illarum Provinciarum Primatis ecclesiastici uni Romano Pontifici
subiectae sedes erat eadem privilegia suae sedi Corinthius arrogare tentabit
Primus fuit [illegible] Perigenes Corinthius, qui Anastasio Vicario Thessalonicensi
lite movit, cui Xisti decreto Thessalonicensis iurisdictioni veteri exemplo adscrip-
tus fuit, ut patet ex literis Xisti ad eundem Perigenem in synodo Bonifacii
[illegible] num. 14 recitatis, et epistola sequenti ad Episcopos per Illyricum ut
= Noverit Corinthius Episcopus sibi licentiam potestatis libere minime tribuen-
dam // datae sunt literae an 435 Theodosio XV et Valentiniano IV Coss. Rur-
sus sub Leone III metropolita Corinthius idem tentavit; at Leo datis ad Acha-
iae Episcopos literis quae num 20 in memorata synodo exhibentur, eiusdem
conatibus obviam ivit cum non praemisisset Thessalonicensem metropolitam ab se
apticae sedis illa in provincia totoque Illyricano tractu Vicarium esse constitutu
addit: = Memorati fratris nostri Anastasii Thessalonicensis solicita relatione co-
gnovimus, Achaiae Provinciae metropolitanum, illicitas et constitutis Patrum nostrique
auctoritatibus interdictas ordinationes saepe celebrasse // datae dicuntur literae Albino III
et Symmacho Coss nempe an 446. Quare usque ad Leonis Pontificatum metropo-
lita Corinthius non fuit sedis Apticae Vicarius, cum unus Thessalonicensis eo privilegio
in Orientali Romani Patriarchatus dioecesi gauderet. Neque ex Pallio a
[illegible] ad Corinthum misso huius vicaria potestas recte infertur; nam semel
quidem pallium ab Aptica sede ad Primatem Thessalonicensem mittebatur, at
vicaria potestas a novis Pontificibus novo privilegio confirmabatur, ut plane ap-
pareat cum donatione pallii vicarias Apticae sedis vices minime concessas fuisse.
Anysius Thessalonicensis Episcopatum sub Damaso accepit et ab eodem Ponti-
fice Illyrici Vicarius constitutus fuit at hoc privilegium eidem iterum dedit [illegible]
Siricius, dein Anastasius, et tandem Innocentius, ut ex literis eorundem in sy-
nodo saepius laudata [illegible] num. 3 et 4 colligitur. Anysio Rufus successit quem
suum apud Illyricos Vicarium Innocentius declaravit ibid epist 5. At Bonifacius
idem privilegium rursum habuit epist 6 et 7, Celestinus etiam epist ibid num 13
de Rufo

de Rufo ait = cui vices nostras per vestras Provincias noveritis eē comissas //. Post Rufum sedit Thessalonicae, Anastasius de quo scribit ad Illyricos Episcopos Xistus n. 17. = Qui vices Aplicae sedis agere, ut B. mem Rufus decessor ipsius, ex nostra voluntate cognoscitis //. Leo eandem vicariam potestatem rogatus ab eodem anastasio confirmavit, ut constat ex epist. Leonis num 24 Hoc etiam ex ipso Greg.° demonstratur qui l. 2 epist 4. ad Maximianum Syracusanum ait = deinde super cunctas Siciliae Ecclesias reverendissimum te Maximianum fratrem et Coepiscopum nostrum vices sedis Aplicae ministrare decrevimus // Tunc g primum vicaria potestate a Greg° exornatus fuit, ~~post~~ pallium vero antea Romae acceperat, cum ex Monacho a Greg.° consecratus fuit Syracusanus Antistes. Libro 5 epist 8 ad Donum Messanensem scribit = Fraternitati tuae quod in Messanensis ecclae gubernatione suscepisse constat officium, pallij usum providimus reddendum, illis videlicet temporibus atq. ordine quibus decessores tuos tuum usum eē non ambigimus // At Doni decessor licet pallio uteretur erat tamen Maximiano Vicario super cunctas Siciliae Ecclas constituto subiectus, quod aperte patet ex lib 3. epist 12, ubi Maximiano Greg. praecipit ut inquirat et iudicet in ~~ea~~ causa hominis * ~~...~~ de possessione Messanensis Ecclae. Immo mortuo Maximiano, Cyprianus diaconus Vicarius Aplicus in Siciliam a Greg° missus fuit quem Pontifex Rectorem Siciliae lib 5 epist 13., et l. 6. epist 38. nuncupavit illum vero lib. eodem ep 41 iubet inquirere in hoc Messanensis ecclae Theodorum circa quandam feminam vitantis. quod indicat Episcopum Messanensem pallium quidem a Romano Pontifice accepisse, at non vicariam potestatem Idem Greg. lib 4 ep 5 ad Iohannem Metropolitam primae Justinianae, ait = Pallium vero ex more transmisimus, et vices vos Aplicae sedis agere iterata innovatione decrevimus // Quare cum in epistola ad Corinthium pallij tantum mentionem faciat, non vero et vicariae auctoritatis, hanc Corinthio tribuere ex solius pallij usu non debemus Post schisma Acacianum, quod Metropolitae Thessalonicenses Acacio adhesere, vicaria potestate privati sunt, neq. illis videtur amplius restituta Sirmondus in append ad Cod Theod. vulgat ex Ms. Virdunensi fragmentum epistolae Felicis III in qua Andreas Thessalonicensis Episcopus ad sedis B. Petri comunionem venire, dicitur desiderare, de cuius haud integra fide Pontifex praestat Gelasius ~~...~~ Felicis successor in epist. 11. ad Episcopos Dardaniae et Illyrici, eiusdem Thessalonicensis obduratam

in schismate

in schismate obstinationem increpat. Cum vero paulo post Dorotheus Thessalonicensis decessorum privilegio pro totam illyricam dioecesim uti vellet, Iohanne Nicopolitano Epiri Metropolita contradicente, hinc eundem Hormisdas epist. 22 increpuit = Quo pudore rogo privilegia circa te illorum manere desideras, quorum mandata non servas? et // Verum licet postea sub Iustino Acacianum schisma profligatum fuerit ab eodem Hormisda, succedente in imperio Iustiniano, Vicariatus pro Illyrico translatus fuit ad Archiepiscopum primae Iustinianae; ita tamen ut Gregorius Magnus sesqui in titulo librarum ad Episcopos Romano Patriarchatui subiectos, priori loco Thessalonicensem nominaverit ut patet ex lib 7. epist ii et 70.

Augs Hutat

S. i c. 21 de Alipio et S Augni laboribus contra Pelagnos

104 Alipii in quaestione de Apellationibus et contra Pelagianos Legatio

Hoc an 421 Alipium Tagastensem ex Africa in Italiam navigasse recte observavit Thomas de Herrera in Ms bibliotheca Augustiniana in notis ad l 2 de nupt. et concup. Alypius in Italiam veniens recta Ravennam se contulit, ut Valerio Comiti intercedente Africanorum Praesulum causam in quaestione de appellationibus Imperatori commendatam faceret, ne gravioribus inter episcopos Africanos et Romanos Pontifices dissidiis excitaretur, simulque ut novis Pelagianorum conatibus obviam iret. nam in Italia novas iterum turbas eosdem dare fama erat. Alypius iniuncta legatione perfunctus, antequam Ravenna discederet a Valerio Comite intellexit, quae contra Augni librum de nupt et concup. Pelagni garrirent a quo etiam

a quo etiam litteras ad Aug^m deferendas accepit. Inde Romam profectus honorifice a Bonifacio ~~[illegible]~~ Pontifice exceptus, videsis S. Aug^m in proem. lib. quos eidem Bonifacio Papae nuncupavit. Interea Alypius excerpta quaedam ex quatuor Iuliani libris, quos recens contra volumen Aug^ni de nupt. et concup. emiserat, a Valerio Comite transmissa accepit; quae, una cum binis eiusdem haeretici litteris sibi a Bonifacio datis paulo post in Africam ad Aug^m detulit.

105.
Aug^s libros Iuliani confutat.

Acceptis ab Alypio Pelagianis litteris et excerptis illa statim dubitatione perculsus est Aug^s, expectandi ne essent integri quatuor Iuliani libri quo exactiorem responsionem adornaret, differre tamen noluit attamen statim librum eodem titulo inscriptum in defensionem prioris de nuptiis et concupiscentia submisit Valerio suo pariter nuncupatum, videsis l. 2. de nupt. et concup. c. 2. Eodem pariter sudore Iuliani eiusdem epistolas confutavit editis contra easdem quatuor libris Bonifacio Pontifici inscriptis. Initio quidem omnia eiusdem censurae subiciens = Haec ergo, inquit, quae istis, ut dixi, duabus epistolis illorum ista disputatione respondeo, ad tuam potissimum dirigere sanctitatem, non tam discenda, quam examinanda, et ubi forsitan aliquid displicuerit emendanda, institui // Priori autem l. respondet epistolae Iuliani Romam missae, in reliquis tribus contra unicam Iuliani, a decem et octo velut Episcoporum calumnias epistolae Thessalonicam ~~[illegible]~~ scriptae insertas repellit, et in fine l. 4 Pelagianorum vota de synodo oecumenica quam plenis buccis appellabant, his irridet: = Verum istorum superbia quae tantum se extollit adversus Deum, ut non in illo velit sed potius in libero arbitrio gloriari, hanc etiam gloriam captare intelligitur ut propter illos Orientis, et Occidentis synodus congregetur. Orbem quippe catholicum quoniam Domino eis resistente pervertere nequeunt saltem commovere conantur cum potius vigilantia et diligentia pastoralis post factum illis competens sufficiensque iudicium ubicumque isti lupi apparuerint sternendi sint etc. // Alypius autem uti libros Iuliani in Africam detulerat ita suum quoque esse putavit S. doctoris responsionem in Italiam ferre sed iterum remenso mari in Italiam veniens libros quatuor ad ipsum Bonifacium portavit. Falsus autem Sansinus est cum tradit Alypium iterum Romam venisse transacto octennio a prima in Italia commoratione quam fecerat an. 419 contigisse idem existimat

vit sic n in Italia advectu Alypius eet mortuo iā Bonifacio (ante quatuor annos) qui die obijt an 423
viii Kal 9bris Porro libros Augustini ab Alypio ad Bonifaciu delatos testat Julianus l. i c 85 et l 2
c 179 Alypius au ijs Augustini quatuor libris Bonifacio Pontifici datis, recta Ravenna con
dit, ut alterū librum s doctoris de nupt et conc eiusde Patrono Valerio Comiti traderet
hanc quoq tota habemus quod Julianus l i op impf c 8. Secunda ig Alypij in
Italia navigatio obijt statim ac Aug libros quatuor cōa duas epistolas pelagianorum
alterūq de nup et conc elucubravit, adhuc superstite Bonifacio Pontifice
Hanc vero Alypij Ravenna iter Julianus pestifera mille calumnijs infamavit. ce n in
stitutu dixit ut acceptis ab Augustino muneris Honorij duces corrupti, ipsu Imperatore
in Pelagianos facilius incitaverint vide l 3 op impf c 35. Conqueritur etia Julianus, Va
lerium Comite sua auctoritate apud Principem obstitisse quo minus ipsi Pelagiani in novo Concilio
audirentur, in quo facta cōa ipsos tu in Africa, tu Romae ut punirentur quidē emenda:
rentur l i eiusde op c 10. Verum S. Aug a se et ab Alypio calumnias ab Juliano de
ectas prout avertit l i c 35

107
Obitus [illegible]
Bonifa[illegible]
a Celes[illegible]
cieti.

106.
De eodē argumto

Interim (an 422) Claudij Episcopi industria integri libri illi quatuor Juliani, cōa quorum
excerpta Valerio porrecta Aug impugnaverat, in eiusdē manus venerant. quos diligenter
evolvens comperit illu qui quaedā inde selegerat, non oia posuisse aut ita, ut in illis quatuor
libris invenerat, sed nonnulla scriptum putaverit ee mutanda, forsan ut eo modo quasi [illegible]
faceret quae aliena ee putaret. Totisq ijs colligens Aug grande volumen elucubravit
tanto studio, labore, ac diligentia ut modestissimi viri ingenij illud exspectaverit. tanti
taq elaboratu opus. Retract c 62. In prioribus duobus eius operis libris (nā in sex illud
distinctos edidit) prout a catholicis amoveret Manichaeismi infamiam quam illis Julianus
fingebat quatuor reliquos libros totidē Juliani libris opponit, a nugis au abstinet
et magna et mirifica lenitate humanitateq cū ipso Juliano loquitur prout in l
c 7, et initio 3 l, cuius grande quidē e falso dogmate corruptū ingeniū Eccle
siae, et ad catholica castra ex Pelagianis revocare, maxime opere labo
rabat. Tantis au libri isti divinae scripturae testijs, tot Patru sententijs referti sunt ut
tanti

tanti e catholicorum patria venit premunit, ut Julianus ijs pene contritus se fassus sit. Ni-
hil n contra eosdem scribere ausus, toto hoc campo ejectus intra silentij latibulas occultat.
Edito hoc volumine S. doctor per 4 fere annos nullis Pelagianorum insultibus distractus fuit,
pacataque cuncta fuerunt usque ad an 427 quo tempore iterum adversus Pelagianos stylum
distrinxit.

S. i. c 22 de morte Honorij et Bonifacij, itemque de Pelagianis

107.
Obitus Honorij et Bonifacij, Pelagiani a Celestino ex Italia ejecti

Obijt an 423 die 15 Augusti Honorius imperator. Fuit hic catholicae religionis vindex acer-
rimus maxime contra donatistas ac Pelagianos. Cum vero sine prole decessisset, vacantem
occidentis Regnum Johannes scribarum Praefectus occupavit. Placidia n. Honorij soror cum filijs
ab eodem ex Italia expulsa ad Theodosium se receperat. die vero 25 octobris Bonifacio
etiam Ponte mortuo Celestinus subrogatus fuit. De Bonifacio haec S Prosper contra collat c. 41.
S memoriae Papa Bonifacius piissimorum imperatorum catholica devotione gaudebat, et
contra inimicos gratiae dei non solum apostolicis sed etiam regijs utebatur edictis et cum esset doctissimus
adversus tamen libros Pelagianorum Beati Augustini episcopi responsa poscebat // Celestinus decesso-
ris sui vestigia sequens Pelagianorum conatus infregit totaque illos Italia exclusit. Illi quidem
singulos quosque Romanos Pontifices sub eorundem Pontificatus initijs subdole tentare suen,
ijsdem artibus in Celestini gratiam irrepere satagerunt. at decessoribus longe sibi infestiorem Ce-
lestinum experti sunt. Celestinus sciens damnatis non examen judicij sed solum penitentiae
remedium esse praestandum, Celestium quasi in discusso negotio audientiam postulantem totius
Italiae finibus jussit eadem excludi // Prosper contra collat c 41.

106. Iuliani scripta adversus Augm et ad Theodorum Mopsv. iter in Ciliciam.

Iulianus accepto Augni altero de nupt et conc volumine, qd Alypius ad Valerium ex Africa detulerat, hortante Floro Episc Pelagno responsionem meditatur statim manus operi admoverat ut colligitur ex iis quae ibid habet initio sive lib i. Sed Celestio Italia excedere coacto Celestini decreto Iulianus aliique collegae Pelagni in Ciliciam ad Theodorum Mopsvestenum navigare decreverunt sperabant n qpta Theodorus benevolentia sua ipsorum sectam cuius ibidem primus Magister fuerat, complecteretur Ibi vero Iulianus plurimum ex Theodori sermonibus adiumenti sibi pollicebatur, quo validius inchoatum adversus Augm opus contineret Horum omnium auctor venit Marius Mercator in comon cum Iulianum pag 13 in Ms Bibliothecae Palatinae, apud Vaticanum num 234 Et sane Iulianus octo libris quos cum unum S Augni librum scripsit Theodori doctrinam in quorum cum dialogos S Hieronymi voluminibus ab eodem assertam, inseruit. qd etiam in aliis, quibus scriptis fuerat, in quibus Theodori argumenta repetit, ut fragmenta huius apud Photium cod 177 cum Iuliani dictis conferenti patet Hos octo libros Floro Episc Pelagno nuncupavit, a quo Manetis epistolam Constanti inventam acceperat, ex qua plerasque sententias in hisce voluminibus exscribit easque Augno, ceterisque Orthodoxis petulanter aeque ac falso exprobat quasi cum Manichaeis in sententiarum paradoxis colluderent. Porro Iulianus multum temporis illis libris scribendis impendit ex suggestu Mercatoris Horum exemplaria ante tantum 421 ab Alypio Romae repta ad S Augm confutanda transmissa sunt, ut suo loco dicemus Scribit Marius Mercator cum Iulianum: Is nunc isto opere suo post longum tempus elaborato in Cilicia ingeris ~~[illegible]~~ // item . Non itaque iratus succenseat nobis si eum cum Theodoro, cuius in libris suis infinitas laudes exsequitur, eiusque sancta auctoritate sententiae in suo errore gloriatur, alienum a fide catholica esse, iustique damnatum detegimus, evincimus, atque deflemus // Ceterum ~~[illegible]~~ Iuliani adversus Theodorum studiis nihil apparet cum Augm in op imp ff . Baronius ad an 419 n 52 putant hosce octo Iuliani libros editos fuisse cum sex S Augni quibus priora quatuor Iuliani volumina confutarat Sed vita enim cum octo libros Iulianus in Cilicia componeret Augs sex illos in Africa scribebat Et quidem S doctor diserte affirmat octo Iuliani libros cum alterum abs se de nupt et conc editum oppugnare, in praef op imp ff Et l 4 c 5 palam idem testatur addens nihil a Iuliano cum sex illos suos responsum fuisse Ibidem etiam Baronius n 53 Gennadium reprehendit qd scripserit Iulianum septem cum S Augm libros edidisse qd idem Honorius Augustodunensis Gennadii exscriptor affirmavit Video Gennadium in editione Suffridi ita loqui d Suffridus in depravatos codices incidit, nam in Gennadio typis Frobenianis apud Basileam inter opera S Hieronymi excuso hic de Iuliano legunt Haeresim Pelagii defendere nisus scripsit adversus Augm

109 de Celestino.

impugnare

impugnatores illius libros ~~quatt~~ quatuor, et ist[ius] libros octo[11]. Julianus, et ~~laud~~ laudato Mercatore arbitrat[ur] Norisius, diuturniores in Cilicia moras fuisse, forte usque ad obitum Theodori ~~Mecenati~~ Mecenatis sui ac Magistri qui circa an 427 fatis cessit

l i c. 23 De Monachis Adrumetinis eorumque controversijs de gra[tia] et de Monachatus in Africa origine

104 de cenobio Adrumetino.

Adrumetum maritima Africae urbs e a Phenicibus edita, inter parvam Leptim et Aphrodisium, distans Carthagine M P. 85, Utica vero M P. 120, a nostro Veronense Plinio l 4 c. 9 liberum oppidum et a D Cypriano ep 45 colonia nuncupata erat Bizacenae Provinciae Metropolis ex Procopio l 6 de edificijs Justiniani, quare patet lapsum esse Binium tom 1 Conc. in notis ad synodum Teleptinse, ut ipse putat, ubi ait Telepti fuisse metropolim Bizacij, quod Donatianus Teleptinis ut semel in Conc. A: fricanis primas Bizacenae provinciae nuncupatur. Valentin. ann. 422, ubi c 13 prenotavimus, cum Donatianus sederet Telepti, Mizonius erat Primas Bizacij, neque eadem erat a pud Africanos metropolis civilis et Ecclesiastica quod Jurius l 2 c. 8 contra Salmasium ostendemus. Justinianus Vandalis debellatis Adrumeto ingentem murum circumdedit, ac Lidumque presidium imposuit, unde oppidani, teste Procopio quo munificentissimi Principis grati animi cives rependerent, urbem deinceps Justinianam dicendam decrevere At Romano imperio everso, ac Barbaris Africam occupantibus eadem civitas Mahametta nuncupata fuit quo nomine etiamnum appellatur. Erat in hac urbe insigne cenobium cuius an nostrae epochae 424 Valentinus prefecturam gerebat

110. Controversie de gra et lib. arb. int. Adrumetinos Monachos

Eo tempore (an 424) nove de gra et libero arbitrio int. Monachos Adrumetinos contentiones exorte sunt. Florus eiusdem cenobij Monachus Uzalam ad suos profectus ad Augustinianos Monachos divertit Uzala, (ut ait Aug., Uzalis urbs erat Provincie Proconsularis int. Hypponem et Carthaginem prope Uticam, vides l. 22 de Civ. c. 8. Huius urbis sacra administrabat Evodius, qui ex Augni monasterio Hipponensi ad illam eccliam promotus Augnianum institutum illuc invexerat. Florus ibid dictanti Felice Monacho epistolam celeberrimam Augni 105 ad Xistum qui postea Rome Pontifex sedit, exscripsit, atq Adrumetum cito citius transmissa Carthagine se contulit. Monachi Adrumetini acceptam epistolam curiosius sic legere ceperunt; at qui illa altissima dne gre et predestinis mysteria continebat, non germanam eiusdem intelligentiam assecuti sunt, d in varios et ab Auctoris mente prorsus alienos illam sensus distraxerunt unde graviora eo in cenobio dissidia emerserunt. Interim Florus Carthagine reversus, cum male se audire intelligeret qd ob missam Augni epistolam dissidiorum auctor publicabatur, rem Valentino Monasteriarche significavit: eos n. suorum ille contentiones ignorabat Valentinus Epistole interpretatione ab Evodio Uzalensi petendam esse censebat erat n Evodius Augni discipulus et et legatione ad Honorium anno abhinc vicesimo una cum Theasio Episcopo Memblositano summa cum laude obitam ex ep. 65 Augni et cap 56 Cod Africani, tota africa celeberrima. Idem etm Sabinum Monasterij presbiterum virum libris apprime eruditum rogavit ut laudati epistole sensum exponeret qd etm ille satis diligenter executus e. At Cresconius et Felix Monachi ab ipso auctore recta epistole intelligentiam accipiendam contendebant. Valentinus molestum ferebat hec dissidia S Doctori innotescere. at cum certa utriq ex Augm pergendi sententiam stare animadverteret, dato viatico eosdem Hipponem ire permisit Scribit hec Valentinus ad Augm ep 256 quibus pp ipsam pietatem sumptus dedimus, ne vulnera ipsorum cumularemus „ Nullas tn ad Augm litteras deferendas eidem tradidit. Que vero Cresconius et Felix Augno narraverunt idem S Pater ep 46 ad Valentinum missa significat retulerunt, inquit, Monasterium vestrum nonnulla dissensione turbatum, eo qd quidam in vobis sic gratiam predicant ut negent hoi esse liberum arbitrium, et qd e gravius, dicunt qd in die iudicij non sit Ds redditurus unicuiq. secundum opera eius. Etm hoc tn indicaverunt qd plures vestrum non ita sentiunt: liberum arbitrium adiuvari fatentur p Dei gram ut recta sapiamus, atq faciamus„ Scriptum Valentinus ea de re ad Evodium scripsit nam Evodij responsum in bibliotheca monasterij sui repperit Sirmondus Sirmondus, eiusq fragmenta capiti historie predestinationis inseruit

11 Augni ... ponend... norum ... controvers...

112 Nova int... nos de ea... Augni op...

inseruit.

iii
Augni opera in componendis Adrumentinorum monachorum controversys

Aug[s] hactenus invectus contra dne gre hostes quasi mutata velificatione pro li: bero etiam arbitrio sibi pugnandum ee cognovit. Librumque Monachis illis instruendis stati elucubravit, qui de gra et lib arb inscripsit, in quo ex dnis scripturis liberum arbitrium probari ostendit, dnam tamen gra ad dei mandata custodienda necessam ee, eamque et ex meritis dari. Hoc libro accepto juvenes illi (ita n ab Augno vocantur ep 46 ad Valentinum) statim ad suos redire destinabant ut cum suis paschalia festa cele brarent. Quare S. Pat laudatam modo epistolam ~~ad Valen~~ illis tradiderat Valentino coenobij Praefecto reliquisque sub eo religiosis viris scriptam. At Aug[s] quo instructiores ad suos reverterentur, ad aliquot insuper dies secum illos detinendos duxit, quod, postea eidem Valentino ep 47 significavit. Addidit Aug[s] libro de gra et lib arb epistolas synodi Carthaginensis, itemque Milevitanae, et quinque pariter Episcoporum ad innocentium Papam atque hujus ad eos rescripta, rursus epistolas synodi Africanae ad Zosimum, et ejus de Pontificis litteras ad totius orbis episcopos, postremo etiam canones plenarij Conc Carthaginensis an 418 Kal May celebrati.

iv
Nova inter Adrumetinos de eadem re dissidia Augni opera tolluntur

Locum itaque ubi illi, cui tot scripti Adrumetum adversus eos, nunc errori locus datur e: nam cum quidam legisset, omnia opera bona ee dona dei, eo absurdi deflexit ut dixerit, ne minus corripiendum si dei mandata non faciat, sed pro illo tantummodo orandum deum ut ipso donante faceret quod jubebatur. Valentinus dogmatis novitate turbatus rem per litteras Augno renuntiavit (illae n 257 inter Augnas leguntur) in quibus gras agit de libro et Coelestinus litteris ad se transmissis, novaque dissidia suo in Monasterio exeitur.

de libri

eiusdem libri lectione suborta significat Epistolam pro Florum cuius alloquendi se cupidum Aug.s significaverat, transmisit. Ubi Hipponem Florus ac socij ~~[illegible]~~ advenere, Aug.s Florum exactam epistolae ad Xistum intelligentiam tenere gavisus est quod initio libri de correp. et gratia testatur. ex quibus patet quod immerito a Sirmondo in l. de haeresi praedestinatiana c. i. Florus tamquam pravae interpretationis auctor traducitur. Ceterum Aug.s quo penitus ab Adrumetinis omnem errorum caliginem expelleret, studiosius docere, librum de correp. et gratia inscriptum composuit ego quidem hunc librum soleo appellare clavem qua ad universam Aug.ni de divina gratia et libero arbitrio doctrinam aditus aperitur, quem sane librum S. Prosper merito plenum divinae auctoritatis in epist. ad Aug.m nuncupavit.

113
de anno quo haec Adrumetinorum dissidia itigere, et scripti ab Aug.no sunt laudati libri

Hic Norisius ~~[illegible]~~ validis argumentis probat haec omnia quae de Adrumetinorum dissidijs, et Aug.ni libris pro ijs componendis diximus, contigisse circa an. 424. contra Baronium qui anno 418 haec deputat, ibid. n. 18, et Lovellum qui tom. i secul. August. anno 417 alligat, et Jansenium qui omnia ad an. 426 differt

114
V. Adrumeni monachi erant Aug.ani instituti et de origine Africani monachatus

Augustiniani [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] monachos [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]. [illegible] Alvarum [illegible] [illegible] [illegible] ut in secul. August. [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible], [illegible] [illegible] communem [illegible] [illegible] [illegible] Aug.ni regula [illegible] temporis in Africa vigebat et quidem [illegible] ~~[illegible]~~ [illegible] monachos ab Aug.no Africae primitus invectos adeo manifestis argumentis [illegible], ut apud [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] ~~[illegible]~~ [illegible] [illegible] [illegible], [illegible] [illegible] [illegible], ~~[illegible]~~ et laudatus [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] illi qui [illegible] [illegible] [illegible] cum S. [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible], [illegible] [illegible] [illegible] insignis [illegible] [illegible] verba fecit, de quo colloquio inter alia haec refert lib. [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] monasteriorum greges et [illegible] [illegible] [illegible], et [illegible] [illegible] [illegible] quorum nos nihil [illegible], ignota ergo erat Aug.ni monastica

monastica professio, ~~antiq~~ atq adeo nunq illuc instituti coenobii nec carthagine nec
alibi in sua provincia p viderat, antiq in Italia transmitti.it. Hinc l. Retract c.
21. scribit = ut de opere monachorum librum scribere illa me necessitas compulit q
cum apud carthaginem monasteria ee coepissent, alij de suis manibus transigebant etc.
Quare recens erat quo ~~de~~ carthagine monasterium extructio in ec vero volumine
c. 28 ait – sub generali nomine monachorum vestrum propositum blasphemat tam
bonum, tam sanctum, qt in xti nomine cupimus sicut p alias terras sic p tota Africa
pullulare // Nova erat monasteriorum in Africa plantatio qm tam late p ea regionem
propagari Aug cupiebat. Hinc circumcelliones pessima donatistarum factio novum
monachorum nomen catholicis exprobrabant teste Aug^no in ps. 132 – quando vero coeperint
heretici de circumcellionibus insultare cepentis, illi vobis insultant de monachis dicere
consueverunt quod sibi vult nomen monachorum? // Adeo Afris nova prorsus et inco:
gnita erat monachorum professio ut nec nomine tenus eam cognoscerent porro hoc
sanctioris vitae institutum ab Aug^no primitus Africae invectum probas eiusdem testio, in
quo nostri scriptores iure triumphant. L. 2. cont. Pet c. 40 hec scribit = deinceps
pervenit ore maledico in vituperatione monasteriorum ac monachorum, ar:
guens etiam me, qt hoc genus vitae a me fuerit institutum? quod genus vitae, omnino
quale sit nescit, vel potius toto orbe notissimum nescire se fingit // Viden ut
Petilianus tanq inusitatum, ac prorsus in Africa novum monachorum genus
traducit? erat vero Petilianus episcopus cirtensis inter donatistas magni no:
minis et in collatione carthaginensi a Fortunatiano siccensi episcopo collati
c. 217 iterumq a Marcellino iudice collat. 3. c. 190. cum honoris praefatione nomi:
natus fuit. Quomodo q. vir talis adeo ~~[illegible]~~ rem mentiri ausus fuisset? At men:
titus fuerit, cur Aug^s ipsi falsitatis eadem vero non fregit? Monastice q. vitae insti:
tutor in Africa superiorum Hereticorum confessione fuit Aug^s Hinc recte Savo:
rius scribit ad an ~~[illegible]~~ 504 = unde huiusmodi monastica institutio floruit in
Africa? si recte memoria teneas non ab alio q ab ipso S. Aug^no, qui eadem ex
Romana et Mediolanensi ecclesia nimirum mutuatus in Africam invexit atq
latissime propagavit //

115. de eodem argumento

Lucas Holstenius nova prorsus sententiam tenuit de origine Africani Monachatus
etenim in pref. ad Collectione regularum c. 2 ait = e Capraria insula, ubi greges
fuisse Monachorum indicat Rutilius Numatinus scribens circiter an Xti 416 missi
ad S Aug^m monachi ii institutum in Africa intulerunt, qd ibi receptu e nequicq
donatistis obstantibus // Vir doctissimus et antiquarum schedarum diligentissimus perscrutator
illius dicti neminem testem laudavit, neq illud a nobis ullo pacto admitti debet Scri-
bit S Aug. epist 81 ad monachos Capraria et quidem iam Episcopus, nam ibid inquit
= Nostras (orationes) saepe sauciat et debilitat caligo et tumultus secularium actionum
Johannes Marquez vir doctissimus putavit hanc literam scriptam fuisse ab Aug^no pre-
sbytero et nondum Episcopo ex hac Epigraphe = Domino dilecto, et exoptatissimo fra-
tri [illegible] et compresbytero Eudoxio et qui tecum sunt fratribus, Aug^nus et qui
mecum sunt fratres in domino S. // Sed fallitur vir eruditus nam Aug. epist^m 105
datam an. 418 ita inscribit = Sancto Fratri et Compresbytero Xisto, et epist^m 80
Paulino compresbytero ep^m 122. compresbytero Victoriano et ep^m 62 Condi-
acono Celestino Aug^s. In laudata aut. epistola ad Capraria Monachos ait
= Nam et ante iam fama, et nunc fratres qui venerunt a vobis Eustathius
et Andreas bonum Xti odore de vestra sancta conversatione ad nos attulerunt
At Aug^s antequam baptizaretur Monachorum nomen ignorabat: Africa dein restitutus
monachum statum induerat et paulo post Episcopus fuerat designatus, quo tempore
fama tenus Caprarienses Monachos sibi notos fuisse affirmat. Duos vero illi
Caprarienses Monachos ad se venisse cum iam Episcopus eet patet ex illis verbis
= Nunc fratres qui venerunt a vobis // ut plane appareat falsum ee mo-
nachos S Aug^m e Capraria Monachos cenobiticum institutum Africae primitus intu-
lisse. Quo anno Caprarienses Monachi in Africa transmigrarint ex Orosio l 7
c. 36 satis intelligitur. Gildone n circa Honorium in Africa rebellante [illegible]
Mascelzer Tyranni fratre ab imperatore contra eundem duce designatu antequam in
Africa transmitteret = Capraria insula adiit unde secum sanctos servos Dei
aliquot permotos precibus suis sumpsit // Horum ille potens supplicationibus q numen
militum acie superior evadens tyranno ad laqueum adacto, tumultum com-
pressit

composuit Honorio IV et Eutychiano Coss. Quare an. 398. cum imperatoria classe monachi Capraienses in Africam delati, et Augustinensium monachorum fama permoti, ad Hipponensem episcopum religionis pro Africa institutionis auctorem perrexere, qui tunc prima eos vice presentes vidit, cum fama tenus eorumdem antea nomen tantum intellexisset.

116. *de eodem argumento*

Ac Adrumetinos monachos videamus. De Augustiniano Hipponensi monasterio ei unde monachum dein Calamensis Episcopus Possidius scribit c. 11 = Proficiente doctrina divina sub sancto et cum sancto Augustino in monasterio Deo servientes, ecclesiae Hipponensis clerici ordinari coeperunt. Ac deinde ... ex monasterio quod per illum memorabilem virum et esse et crescere coeperat, magno desiderio poscere atque accipere episcopos et clericos pax ecclesiae atque unitas et coepit primo et postea consecuta est. Nam ferme decem quos ipse novi, sanctos ac venerabiles viros continentes et doctissimos S. Augustinus diversis ecclesiis, nonnullis quoque eminentioribus rogatus dedit. Similiterque et ipsi ex illorum sanctorum proposito venientes, Domini ecclesiis propagatis et monasteria instituerunt et ceteris ecclesiis promotos fratres ad sacerdotium praestiterunt // Habes hic ex uno Augustiniano monasterio pro eiusdem monachis ad episcopatum promotos pro Africa monachismi propagationem. Loquitur vero Possidius de monasterio monachorum vel clericorum, cum perspicue scribit eos in monasterio Deo servientes Hipponensis ecclesiae ordinari coepisse // Non quod erat monasterium Hipponense clericorum et monachorum, qui postea in clerum transierebant ex hoc monasterio prodiisse narrat hic Norisius, Evodium Episcopum Uzalensem, qui cum ea in urbe monasterium habuit vel clericorum vel monachorum, refert postea idem Norisius, quin et Augustini scriptores nutant ~~probabile~~ quibus coniecturis ex hoc monasterio Uzalensi Adrumetinos ... unde plurimum ... derivasse, et cum coniecturas refert hanc ipse opinionem neque probans neque improbans

117 Exemptio monasteriorum a iurisdictione episcopi diœcesani, et de Adrumetinis monachis.

Unum hic nobis notandum venit exemptionem monasteriorum a iurisdictione episcopi diœcesani fuisse apud Africanos antiquissimam. Hoc patet ex synodo Carthag[iniensi] a Bonifacio primate Africae an. 525 celebrata in qua Petri Abbatis monasterium in Provincia Byzacena non modo a diœcesani episcopi, verum etiam a Liberati id temporis Byzacenarum ecclesiarum primatis iurisdictione exemptum fuit. Nam monachi dato libello supplici Bonifacio ~~possimus~~ dixere, ut nostrum monasterium faciat tuae Beatitudinis ~~subiacere~~ regimini subiacere, to. ~~36~~ 38 concil. edit. Regiae pag 332. ibid vero pag 334 idem Petrus Abbas et consodales sui haec testantur - de Adrumetino monasterio nullo modo silere possumus, qui praetermisso eiusdem civitatis episcopo, de transmarinis partibus sibi semper presbyteros ordinaverunt, Valentinum, Epiphanium, Victorianum et Paulum // Ex quibus luce clarius constat Adrumetinos non fuisse canonicos regulares ut superius scripsit Petrus a S. Sindone, tunc non Adrumetino episcopo in omnibus more tanquam subditi gessissent

118. De Leporii monachi per Aug[ustinu]m conversione

Baronius et Usserius ad an. 420 scribunt Leporium monachum non modo Pelagianorum secutum verum etiam Nestorii haeresim de Christo Domino praedocuisse ex Cassiano l. 1 de incar. c. 4 ubi ait Leporius tunc monachus modo presbyter qui ex Pelagii institutione vel potius pravitate descendens apud Gallias assertor praedictae haereseos, aut inter primos aut inter maximos fuit, a nobis admonitus a Deo emendatus ita male receptam persuasionem magnifice condemnavit, ut non minus pene admiranda sit correctio illius quam illaesa multorum fides. quibus habet similia Gennadius l. de scriptor. c. 59 additque illum in Africa per Aug[ustinu]m emendatum scripsisse emendationis suae libellum // Hic libellus diu latuit donec Sirmondus illum invenit. editus vero legitur tom 38 Concil edit regiae pag 16 Docuerat Leporius in quadam epistola errorem de Christo Domino quem postea Nestorius latius propagavit, negans Deum non fuisse ex Virgine natum. audiatur Leporius Non ipsum Deum, inquit, hominem natum, sed perfectum cum Deo natum hominem dicebamus pertimescentes ne divinitati conditionem adsignaremus ~~humanam~~ humanam

[119 de eod… et de C… rij dex… timi]

humanas. Errorem vero qui postea Pelagianorum proprius fuit, olim se docuisse hisce declarat = illud etiam minime reticendum censeo quod in eadem epistola simili deceptus errore subiunxi, Christum Dominum sic omnia quae erant passionum implesse ut in nullo quasi perfectus homo a divinitatis auxilio iuvaretur, volens scilicet ita in Christo hominem adsignare perfectum, quo alienum et ab his passionibus Verbum Patris adsereret, et solum per se hominem ipsum haec omnia possibilitate naturae mortalis, sine aliquo deitatis adiutorio probare conabar. Ita virtutis etiam in Christo et solius naturae viribus vero et Domini gratiae adiutorio derivatas autumabat is autem cum in Galliis falsi dogmatis magister detectus fuisset, nec admonitus pravam opinionem deserere voluisset Proculo Massiliense, et Cylinio Forojuliense admitentibus, e Provincia expulsus, in Africam transfretavit, ubi Augustinus praesentium argumentis victus errores deposuit sanae doctrinae aures dedit. Hinc cum plurimis in Galliis se scandalo fuisse cognosceret, palinodiae libellum composuit quem hac subscriptione firmavit = Ego Leporius libellum meo sensu dictatum in quo fidem meam Deo volente in finem usque tenebo, medullitus exprimere volens in ecclesia Carthaginensi relectum subscripsi. Nomina eidem dedere Aurelius Carthaginensis, Augustinus Hipponensis, Florentius ab Hippone Diarrhytorum, et Secundus Megarmitanus, qui pariter de eadem Leporii conversione ad Provinciae Episcopos scripsere. Haec litteras exhibet Sirmondus tom. I Concil. Galliae edit. regiae pag. 661 in quibus tamen litteris cum multus Leporii error de Domina gratia correctus asseratur circa Christi nativitatem sermo sit et palam fit eundem ante publicatam Pelagianorum haeresim libellum memoratum scripsisse quod pluribus l. 2. c. 3. ostendemus

iiij.
De eodem Leporio, et de Chronico Flavij Dextri, et Maximi

Sed nec convenit inter Scriptores quis fuerit iste Leporius quove tempore ab errore correctus recesserit. Flavij Dextri Chronicon haec habet an. 406. – Leporius Episcopus Uticensis in Betica, primus Monachus e familia S. Augustini mutat perditam suam priorem sententiam admonitus a S. Augustino praeceptore suo. Ea hic dicam magni enim fiunt Chronica Dextri, et Maximi ab Augustiniani instituti Scriptoribus At apud alios inter apocryphorum quisquilias reijciuntur; pugnat tamen pro utroque

Bivarius

Bivarius ~~Ex~~ Cisterciensis et ~~L~~ Laboronensimi commentariis utrumque defendere conatur. Illud certum est Leporium an. 430 Presbyterum fuisse ex verbis laudati Cassiani qui eo anno libros suos de incarnatione composuit. Reponit Bivarius an. ~~406~~ 405 errorem suum revocasse et hoc dextrum intelligere, ~~qu~~ qui tamen postea post plures annos sed Uticensem obtinuit, quae interpretatio quam violenta sit, nemo non videt. Johannes Marquez Augustinianus in lib. de Origine Augustiniensium c. 10 § 4 tradit, hunc Leporium esse illum qui legitur in subscriptione synodi primae Toletanae. Errat nam laudata Synodus celebrata est Stilicone II consule an. 405 Leporius autem nec post quinque lustra inter episcopos ~~censebat~~ recensebatur. S. Augustinus ep. 110, sive potius notarii recensentes presbyteros qui Eradii electioni aderant in Hipponensi ecclesia scribunt: Cum Augustinus episcopus una cum Religiano, et Marciano Coepiscopis suis consedisset in ecclesia Pacis Hipponensium regionum (forte regiorum) praesentibus Saturnino, Leporio etc. presbyteris // Ea electio istigit an. 426. Quare ego hunc eundem Leporium puto qui olim in Gallia monachus, postea ab errore in Africa revocatus a S. Augustino, quod satis doctus censebatur, ibidem presbyter apud Hipponem consecratus fuit. Hunc vero Leporium presbyterum ~~fuisse alienigenam~~ Hipponensem fuisse alienigenam discerte tradit. Aug. serm. 50 de diversis

S. i. c. 24 et ult. de Pelagianorum tumultu sub Johanne tyranno, et Valentiniani ac Augustini circa eosdem opera

120\. Pelagiani Johanne Tyranno in Occidente imperante tumultuant, et de morte eiusdem tyranni

Anno 425. Johannes occupato per vim imperio, contra Theodosium exercitus ubique in Italia scribebat. Heretici ac Pelagiani praesertim optimam sectae promovendae occasionem nacti, non modo ubique turbas ciebant, et Romae, etiam a Caelestini Papae communione pulsi se superari vant. In Galliis etiam multi plebe tantum ex Antistitum numero haeresi liberius stare, et loqui coepere. Nullus tunc Imperatoris metus, nam Tyrannus Theodosiani apparatus fama perculsus quo universis gratior fieret, unicuique pro libidine de religione sentire permittebat, si auctore Procopio l. 2 de bello Vandalico, cum leni animo, verum intellectu valens, et virtutem suo praelio estimare gnarus quinque

gnavus quinque ferè annos imperium tenuit // Zallis, reg. n bienium in regno explevit
Theodosius Cesare prius designato Valentiniano nobilissimo puero quinquenni, et Pla:
cidia amita Augusta nuncupata, utrumq. in italiam remisit, additis Ardaburio vel Ver:
sico Bello fortib. gestis et alijs celebri, Asparey eiusdem filio cum validissimis copijs al:
terum etiam exercitum Candidianus ductavit. Ardaburius ~~cum~~ cum Salonas advenisset et Aqui:
leiam adnavigaret, improvisa tempestate suborta Pretona ~~navi~~ navi in hostile litus impul:
sa a Johanis militib. captus in Tyranni potestatem civium venit, a quo tamen ~~amice vere~~ honorifice ex:
ceptus et amici loco habitus sine custodia Ravenne, quod ipsa degere iussus e' Placi:
dia cum Cesare filio, Asparey. cque Aquileiam pervenere; vota ea in procella pro
incolumitate suscepta postea Ravenne ab Augusta soluta sunt, tyranno occiso, gra
tesq. reddite, lapidi insculpte, inscriptione vide apud Rubeum l 2 hist Rav Auctor
e' iste Rubeus qui Ravennates res scripsit post Placidie adventum universam italiam ad
Theodosij partes transisse, una Ravenna excepta, ubi johanes morabatur. Sed ex Olym
piodoro redarguitur quem Photius cod 80 qui comentarios de Bello cum Joanne Theo
dosio ipsi inscripsit. Capto Ardaburio eius interim, inquit, filius Aspar una cum
Placidia in magna rerum desperatione luctuq. ~~movabantur~~ versabantur et Candidianus
multis occupatis urbibus, partaq. rebus bene gestis nominis claritate, luctum eorumq. a:
vit animosq. reddidit // Hic Candidianus olim Nuptiarum inter Placidiam et Ataul:
phum Gothorum Regem conciliator fuerat, magnaq. in hoc pro Bello victorie pars
fuit; illius tamen ceteri historici ne meminere quidem. Hic idem e' Candidianus qui
postea comes domesticorum a Theodosio ad Ephesinam synodum cum milit. missus,
quo citra tumultus cades fugientes, oes pro Nestorio lapidem impius movit, belloq
partam gloriam preposterò Heretici patrocinio corrupit. Interim Ardaburius clam filium
monuit, tyrannum Ravenne, moras nectere, atq. Aetium cum ingentib. Hunnorum co:
pijs expectari, in Ravennatem agrum ante Barbarorum adventum legiones quantum
raperet, bellum de proximo tyranno ostentaturus. Aspar qui Aquileje substiterat
nil moratus cum expeditissimo equitatu Venetorum fluminib. superatis in Ravennatum
fines ~~asso~~ avolat. Ad eo magnis ausib. propitium flumen Padum cum urbis magna ex
dique circumfluat navib. tantum adiret, pastore quodam duce vadum nulli hactenus tenta:
tum invenit, atq improvisus incustoditam portam occupat, eodemq impetu in urbem irru
pens, civium tyranni caput, ferroq. gravatum ad ~~A~~ Placidiam Aquileje Belli exitum
opperienti transmittit. Hanc victoriam die 3 octobris Panvinius contigisse putat, ad
estate ineunte Johannem captum ac paulo post supplicio habitum existimo. Scribit So
crates l 7 c 29. Theodosio ludos circenses Constanti. edenti tyranni necem significa
tam

tam, qui ludis e vestigio intermissis, Sacris gratias relaturus in templum secessit, ac paulo post iter in Italiam Valentinianum Imperatorem designaturus suscepit. At Thessalonice, morbo impeditus ulterius non est progressus Helionem tunc officiorum Magistrum cum corona in Italiam misit ipse interim valetudine recuperata Constantinopolim redijt, cum pridie Atticus Antistes sepulcro traditus fuisset qui decima die octobris obierat. Hec Socrates: et quibus mense octobris Johanem et vivendi et imperandi finem fuisse, ut Panvinius dixit falsum esse intelligitur. Addit Socrates haud diu autem postea, nempe 23 mensis eiusdem, iunioris Valentiniani inauguratio publicata est // Consonat Chronicon Alexandrinum Coss. Theodosio ~~Aug~~ XI et Valentiniano Cesare: His Coss. Valentinianus iunior a Theodosio creatus est Augustus mense Hyperbereteo X. Kal. 9bris // Nempe Constantinopoli die 23 octobris publicata est Valentiniani Augusti designata inauguratio. Hinc erant qui ea die Ravenne dictum eundem imperatorem putant quos inter est Ricciolius l. 4. c. 12 Chronologie ut vocat reformate, itemque Panvinius qui idibus octobris id contigisse scribit. Certum est Valentinianum VIII id. octobris adhuc Aquileje Cesarem non Augustum fuisse ex cod. Theod. lib. 16 L. 47. de episcopis.

321.
Leges Placidie Auguste contra Helveticos

Placidia Augusta ut ait Sozomenus l. 9 c. 16 magnam gerens curam pro religione et ecclesijs, plures leges Augustales edidit, Johane iam neci tradito contra Helveticos (quos inter Pelagianos fuisse nulli dubium est) Rome, tumultuantes et a Pape comunione se se suspendentes rescriptum nomine Valentiniani publicavit quo post 20 dierum inducias nisi ad communionis rediverint unitatem, eos expulsos ab urbe usque ad centesimum lapidem iubebat, datum legis rescriptum hoc Aquileje XVI Kal. Augusti Theodosio XI Aug. et Valentiniano Cesare Coss. habetur lib. 16 cod. Theod. tit. V. Ante octavum etiam diem ~~diem~~ rescriptum dederat ad Amatium Prefectum Pretorio Galliarum, in quo cap. 3 in Pelagianos quosdam Episcopos sententiam scripsit ut post ... Patroclum Antistitem convenirent, et nisi intra 20 dies errata corrigerent et ad catholicam fidem redirent, Gallicanis regionibus expellerentur // Hanc legem refert Sirmondus tom. i Conciliorum Gallie, itemque habetur tom 4 Concil. edit. reg. pag. 612

122. Valentinianus Augustus a Theodosio creatus

Valentinianus adhuc septennis imperiale diadema et Augusti titulum a Theodosio per Helionem accepit. Alterum Palladius l. 10 verum Sororulienium Valentinianum Aquileiae Augustum declaratum sine teste narrat. Baronius ac Sigonius Marcellinum comitem secuti, Ravennae id contigisse scribunt. Sic plane credendum e Idacio et Olympiodoro, qui tunc vivebant. Ille in Chronico haec habet "Valentinianus qui erat Cesar Romae Augustus appellatur" Hic vero in suis libri ultimi apud Photium codice laudato ait "Caeso deinde Johanne tyranno Placidia una cum Cesare filio Ravennam ingressa iniit. Helion vero magister et Patricius Romam se contulit, ibique eo confluentibus Valentinianum iam septennem veste induit imperatoria" Cum vero Valentinianus ex rescripto ad Bassum l. 16 cod. Theod. superius memorato, Aquileiae adhuc moraretur, patet eundem tantum anno Romae Augustum fuisse ab Helione declaratum. Extat rescriptum datum Romae ab eodem iam Augusto initio anni sequentis die tertia Januarii lib. 10 Cod. Theod. L. 1 de conductoribus et hor. domus Augustae ad Senatum urbis Romae.

123. De Augustini libris de Trinitate et Civitate Dei

Dum haec in Italia gerebantur Augustinus quasi a Pelagianis feriatus ab anno 423 usque ad an 426 elucubravit plerosque libros, inter eos duo pregrandia volumina de Trinitate et Civitate Dei. Baronius an. 426 n. 1. tradit libros de Civ. Dei perfectos fuisse a S. doctore an. 429. Baronio assentitur Coquaeus in coment. ad lib. 18 eius operis cap. 54., sed contra eos hic probat Norisius, perfectos ab Augustino fuisse eos libros ante an. 426 nam in l. 2. Retract. cap. 43. quem hoc an. 426 scripsit, laudat caput penultimum l. 22. de Civ. Dei.

124
Aug.s Evadium Presbyterum sibi in Episcopatu adiutorem et successorem eligit.

Aug.s senex factus ut in Sanctis Scripturis commodius versari posset an 426 pro concione Hipponenses cives adhortatus e', ut Evadium Presbyterum suia ac pietate florentem sibi, quoad viveret, coadiutorem darent, dein mortui successorem, Severi Antistitis Milevitani exemplo paulo ante defuncti qui ante obitum successorem oium optimum nominaverat, et a populo acclamatum e' fiat, fiat. Haec au: Evadii inaugurationis facta e' coram frequentissimo populo vi Kal octobris Theodosio XII. et Valentiniano iterum Coss. Gestorum ordinem videsis apud Aug.m epist 110 de his au: Hipponensis populi acclamationibus in Evadii facta p Aug.m electione agit in l. 7. de Vet acclam. et plausu cap. 3 Franciscus Bernardinus ~~Ferrarius~~ Ferrarius.

125
de Aug.ni libris Retractationum

Aug.ni duo retractationum volumina an 426 ~~[illegible]~~ exeunte inchoasse et sequenti perfecisse ostendit tum aliorum tum suis argumentis Lomsius. In his Aug.s nonnulla quae in alijs libris docuerat quaeque Pelagianis favere a minus intelligente forte putari poterant, commode explicat, ut ex lib i Retract c 7 9 10 13 23. alijsque colligitur. Porro edita usque tum opera nonaginta tria in ccxxxii digesta his libris correxit Jansenius libros retractationum inter ultima morientis Aug.ni scripta reponit, cum in S doctor triennio superstes fuerit, decemque alios insuper libros ediderit ut dicemus

126
De postremis Aug.ni contra Julianum scriptis

An 427, Aug.s exaratis duobus retractationum libris edita a se usque tum opera retractaverat ut diximus Restabant epistolae, et tractatus populares, quos Graeci homilias vocant, verba sunt Aug.ni in Epist ad Quodvultdeum. Et plurimas, inquit, epistolarum legeram et adhuc nihil inde dictaveram, cum me etiam isti Juliani libri occupare ceperunt, quorum nunc quarto respondere cepi. Loquitur hic Aug.s de octo illis Juliani libris quibus Heretic. alterum Aug.ni librum de nupt. et concup. quatuor ab hinc ferè annis ab Alypio ad Valerium Comitem Ravennam delatum impugnavit

impugnavit. Istos libros Alypius cum Romae esset a Iuliano scriptos circa Augustinum cognovit. Quare illorum quinque priores celerrime de scriptos opportunam occasionem praetermittere nolens cito citius ad Augustinum transmisit, promittens alios tres quam primum transcriptos se missurum, et multum instans, ne responsionem differret. Quinque autem illi libri ad Augustinum pervenerunt, ut ipse testatur laudata epistola ad Quodvultdeum, cum iam duos retractationum libros absolvisset, anno circiter 427, ex quo colligitur, quod Alypius tertio tum Romam venerat nam cum secundo ad Bonifacium venisset qui an. 423. VIII Kal. 9bris obiit, si nunquam inde discessisset, quadriennio fere Romae commoratus fuisset, quod cum ecclesiasticae eorum temporum disciplinae repugnet, tertio Alypius Romam venisse dicendus est. Augustinus autem reliquorum voluminum emendationem altius animo infixam tenebat quam ut illa ab incepto opere instantia revocari posset. Verum Alypio etiam atque etiam responsionem per litteras urgente, manum tabulae admovit. - Cuius (nempe Alypii) ait in epistola ad Quodvultdeum, instantia coactus sum, remissius segnius agere quod agebam, ut operi utrique videlicet, uni diebus, alteri noctibus, quod mihi ab aliis occupationibus hinc atque hinc venire videsistis? Sic parceret // Itaque sanctissimus senex a decreto iam toties hoste provocatus somno horas negabat, quo eas daret responsionibus imputaret. Sic vero alio Iuliani libro responderet ceperat cum ad alia distractus, Quodvultdeus diaconus carthaginensis omnium haeresum catalogum ab Augustino per litteras instanter petiit, et Augustinus amicissimi iuvenis instantia semel et iterum motus, refutato alio Iuliani libro, volumen de Haeresibus conscribere aggressus est, illud tamen imperfectum ad diaconum misit, non enim haeresum recitationi ecclesiae definitiones subtexuit, ut optaverat Quodvultdeus. Quare librum concludit ad id quod restat implendum, quod tam magnum esse cernitis me orationibus adiuvetis // Ceterum mortuo sancto doctore Primasius Episcopus Africanus Augustinianae doctrinae studiosissimus, ut ex eius in Epistolas Apostoli commentariis liquet idem opus complevit, teste sancto Isidoro de eccles. script. c. 9 ubi affirmat Primasium in tribus libris de Haeresibus ad Fortunatum Episcopum explicuisse quod olim Beatissimus Augustinus in libro Haereseon imperfectum morte interveniente reliquerat //

l. 2. c. 1. De Cassiano Semipelagianismi auctore

127. *De Cassiani Patria*

Hucusque de gestis et scriptis S. Aug.^ni contra Pelag.^nos dictum est, modo transimus ad eos qui damnato Pelagio [illegible] tamen eiusdem errorum retinuere. Hos scholastici recentiores dixerunt Semipelag.^nos, quorum cum princeps fuerit Johannes Cassianus, vir litteris ac morum integritate illustris, de eiusdem origine atque in Gallias adventu [illegible] a [illegible] esse duximus [illegible] modo Massiliensis, ague [illegible] monasterium [illegible], [illegible] fecit, verum etiam ceteros [illegible] monachos [illegible] de gratuita predestinatione [illegible] eandem sententiam in partes contra [illegible] S. doctorem traxit. unde gravissimi per universam Galliam tumultus excitati sunt, multis S. Aug.^ni dicta acerrime defendentibus, aliis longe pluribus [illegible] pluraque impugnantibus

128. *De [illegible] argumento Suesnay sententias et [illegible]*

Prodiit an. 1622 Lugduni [illegible] liber inscriptus S. Johannes Cassianus illustratus, auctore [illegible] Suesnay qui Xenophontis Cyropaediam imitatus, Cassianum non qualis reapse fuit [illegible] se ipse [illegible] [illegible] [illegible] Scythiae Chersonesum [illegible] [illegible] ibique [illegible] Theodosiam urbem [illegible] Scythicam [illegible] [illegible] [illegible] Cassiani [illegible] in honoribus [illegible] fortunis maximis [illegible] [illegible] Ex hac [illegible] [illegible] magni ingenii [illegible] Athenas [illegible] [illegible] [illegible], nobile ibi adolescentulam [illegible], nuptiis celebratis ex eadem paulo post Cassianum [illegible] natu patre Scytha, matre indigena. Hoc pacto [illegible] [illegible] Suesnanus [illegible] qui Cassianum natione Scytham dixit, [illegible] Chronici [illegible] Monachus S. [illegible] in quo Cassianus [illegible] Athenis natus [illegible] [illegible] [illegible] Cassianus [illegible] [illegible] in [illegible] [illegible] [illegible] atque [illegible] monachus [illegible] [illegible]
[illegible] Athenas [illegible] in [illegible] [illegible] urbis Academia gravioribus disciplinis [illegible] [illegible]

animu addixisse, ibiq cu Germano itide ex Scythia oriundo arctissima amicitia coluisse cu quo demu ut scribit c. 8 in Palestina reversus monachum induit. Quae sia sine ulla teste post annos mille ducentos et [illegible] crevrunt animose ille scripto. asserit quod Cassianu [illegible] mendem legisset Cassianus ipse li de instit c. [illegible] satis indicat se neque Athenis nec tran[illegible] Atheniense ~~[illegible]~~ genitu cu ait de monachus Egypti [illegible] etiam schedulas duplices quas Graeci ἀνασοκάς, nos vero succinctoria seu [illegible] possumus appellare, Nunq hic Athen se a Graecis distinxisset. Ite Cassianus collat ~~[illegible]~~ ~~familiaritate cu Cassiano~~ Germano se ~~iniisse narrat in athenis inter litterarum~~ ~~ex quo, inquit (nempe Germano) mihi ab~~ ~~ipso tyrocinio ac rudimentis~~ militiae [illegible] simul ~~[illegible]~~ falsitatis arguit hic Honoriu. Guesnai de Cassiani navigatione et peregrinatione antiq Massiliam veniret, historia. Lucas Holstenius cap 3 praef ad regulas Monachoru in Galliis quidem Provincia Cassianu ortum arbitratu, idq non modo ex stylo Gallicanis illius etatis scriptoribus familiari, verum etiam ex collat. 24 c i [illegible] Cassiani verbis - Quia et repetendae Provinciam nostram, ad atq ad revisendos Parentes quotidianis acriu estibus urgebamur ~~[illegible]~~ Provincia Provinciae ~~[illegible]~~ a Cassiano hic designata putat Holstenius. Praeterea haec de sua patria Cassianus subjicit = Sponu locorum situs in quibus erat a maioribus nostris avita possesio, ipsarumq amenitas iocunda regionu ante oculos pingebat, q grati, et congrue solitudinis spatijs tenderent, ita ut n solum delectare monachu, possent secreta sylvarum o etiam magna victus praebere compendia // quae Scythicorum desertorum squal lori, et Caucaseis rigoribus minime convenire posse laudatus scriptor ~~[illegible]~~ observat Holstenij vero de Cassiani Patria sententia civis doctis probavi, quos inter nominandus est Johanes Gualterius Sluvius a secretis Brevium S D N Clementis X. [illegible] verum fateor neque video, quo ex eodem Cassiano hoc ipsum colligi videtur, unius rei conjectu ~~[illegible]~~ sit quod Cassianus ~~[illegible]~~ Nam collat 24 c 8. Gallias sua [illegible] [illegible] frigore torpida et anachoretica vita incognitam ~~[illegible]~~ fore in ea esse dixit, ideoq collat ii in praef, et collat 18 in praef gdi verbis Gallicana Provincias describit.

124. De Cassiano … diaconatu, et presbyteratu

An 398 Jo. Xstomo ad Neapolitana sede evecto Cassianus et Germanus eiusdem clero adscripti sunt, Germanus Presbyter, Cassianus diaconus designatus fuit. Guesnaius ut ubique vera falsa misceat, dicit Theophilum Alexanum Xstomi electioni sese opposuisse, ex iure praetenso a Patriarchis Alexanis in electione episcopi eius civitatis cap. 5 2.11. Nec Theophilus cum doctissimus canone sextum Nicaenum ignorabat, qui Alexandrinae dioecesi limites posuit[2]. sedes C.P. suberat tunc autocephalo Heracleensi in Tracia et quidem ad integram propria dioecesi Constantipol. integre amplam dioecesis Asiatica autocephalo Ephesino suberat, ac plures Patriarchae Antiocheni provinciae, unde aliquod ius supra sedem C.P. Alexandrinus a Antistes somniare potuisset ignoro. Porro Cassianus palam fatetur se fuisse inter Xstomi clericos l. 7 de incarne. c. ult. et Gennadius c. 61 de Scriptor. illust. ait: Cassianus natione scytha Neapoli a Johanne magno Episcopo diaconus ordinatus c. 11 … Xstomo postea cedente, sequitur, fuere in exilium acti Germanus ac Cassianus pro suo antistite Roma ad S. Innocentium Papa nomine cleri C.P. Legati venerunt, ipsi tum ex ipsis Innocentii literis ad eundem clerum erat autem Germanus arctissima familiaritate cum Cassiano coniunctus, cum quo ait Cassianus collat. 1 init., mihi ab ipso tyrocinio ac rudimentis militiae spiritalis ita individuum deinceps stubernio tam in coenobio quam in eremo fuit, ut cuncti ad significandam sodalitatis ac propositi nostri parilitatem pronuntiarent unam mentis atque animam duobus inesse corporibus quos repetit cap. 1 collat. 16. Ceterum omni bonorum vota invita accidere mortuo in exilio Xstomo an 407 die 14 7bris. Quare Cassianus Byzantio discedens in Gallia se retulit atque apud Massiliam sedem fixit.

130. *De eodē argumento*

Rursus au: hic nobis Guesnaius disputandus e. Scribit Cassianus post Xtomi mortem Romā venisse, ibiq a S. Innocentio presbyterum ordinatum, statim Pelagij tunc Romæ degentis hæresim acerrime disputasse, quas fusius prosequitur cap 39 et c 40. Verbis diversimodo veritat addit q: Cassianus exeunte an. 410 ex Italia profectus ad Lerinenses monachos, dein ad Leontium se contulisse, quod cap 42 enarrat. Illū denique in Massilię portus appellit c 44. Quæ oiā procul a vero abeunt. Nā Pelagius licet Romę nulla cū dīna grā garriret nōn tn̄ uti hæreticos assertor cognitus fuerat, imo illicē adeo celebris habebat, ut illius nomen S apud Africanos eximiè commendaret ipse etiā hist Aug^ne c. 22 de gest Pelagij seu verius Palestinis. Sed cu Cassianus ex italia in Gallia contendit profectus n potuit esse: re Lerinenses aut Leontiu sta cu Cassianus primus Massilia appulit, ubi Lerina monachus habitabat, et Forojuliensem sedē tenebat S Cylinnius Leontij decessor, ut ex ipsomet Cassiano et libris S Aug^ni ad Cylinniu ostendo c. 3

140 *Cassiani scripta*

Inde Cassianus instructo apud Massilia cænobio in ore famę esse cœperat. Quare Castor Aptensiu Antistes egit per litteras cu Cassiano ut comentaria de institutis monachorum Egypti sibi transmitteret. Morem gessit Cassianus et duodecim de eo argumento libros exaravit: in quibus postremā Pelag^ne sententię moderatione sequitur, posse nos dixit, bona opera humanis quidē viribus inchoare ut n sine dīnā grā eadē perficere. Scribit n l. 12 c. 14 – Nec hoc dico ut humanos conatus evacuans ab industria et labo ris contentione quemq revocare contendā. Sed plane constantissime n mea ē seniorum sententia definio, perfectionē quidē sine his ciñō capi n posse, his au solis sine grā Dei posse eā a nemine consumari. Ut n dicimus conatus humanos apprehendere ea per se ipsos sine adjutorio Dei n posse, ita pronuntiamus laborantibus tn̄ ac desudantibus misericordia Dei gratiamq conferri et ut verbis Apli loquar volentibus atq currentibus impartiri // Ne tn̄ putares sentire grā dei condi merita dari quę erat Pelag^num sententia, subiungit – dicimus n cōdu Salvatoris sententia dari quidē petentibus et aperiri pulsantibus et a quęrentibus inveniri; e petitione et inquisitionem et pulsationem nostra n eē condignā, nisi misericordia dei id qd petimus dederit vel aperuerit

aperuerit qd pulsamus, et illud qd quaerimus faciat invenire. Presto e' namq; occasione sibi tantummodo a nobis bonae voluntatis oblata, ad haec omnia conferenda. Ceterum Cassianum et bono fuisse erga Aug^m animo, inde colligi qd tanti eius operosas de gratia disputationes videtur suggillare cu ait eas cont. Pelag^nos probanda potiores esse scribit magistros et duces Aegyptios monachos, qui ea eadem nos multis virtutum exemplis docere possunt quam illos qui eam demonstrare conati sunt verborum iactantia cap 13. vaniloquia disputatione aut syllogismis dialecticis l. Tulliana facundia cap 15. quae Aug^m certe notant qui unus dnae gratiae tot libris ac disputationib. cont. Hereticos stabilivit. Quo anno hosce libros ad Castorem Cassianus scripserit, mihi non liquet. Certe ut patet ex Praefat. Castor iam tu erat Episcopus, utq. etiam patet ex l. 12. c. 14 hos libros scripsit Cassianus post exortas de gratia disputationes et ante damnatam heresi Pelagij an. 417. ab Innocentio, l. sequenti a Zosimo illud scripsisse puto. nam Pelagij sententia qua gratiam nisi legem ee contendebat cu eo id refert illamq. absq. ulla reprehensione dimittit, damnatis autem ab Ecclesia Pelagianis eorum hostem fuisse Cassianum quoque, cognoscimus ex libris [struck out] cont. Nestorium. Cum vero lib. 2. c. 4 collationes Patrum vita superstiti se litteris mandaturum Castori promisisset, crebris eiusdem Episcopi precib. interpellatus manum operi admovet qd dum prosequitur Castor diem obit at ubi decem collationes compilavit, easdem Leontio Episcopo atq. Helladio Monacho dicatas vulgavit. Hinc maius in dies apud Gallos Cassiani nomen evadebat. Castor quidem non vivebat an. 419, nam nominatur in Epist. Bonifacij Papae ad Episcopos Galliae, data id. Junij Monaxio V. C. cos.

141. de Monachis Lerinensib. et alijs Cassiani scriptis

Erant tunc in ore famae, ob vitae sanctitatem ac monasticae disciplinae vigorem Lerinenses, e' aut. Lerina insula Provinciae adiacens adversus Antipolim. Hi quidem Cassiani opuscula avide perlegebant, adeoq. eisdem delectabantur ut novas a Cassiano collationes efflagitarint. S. Honoratus Lerinensis Coenobij conditor et rector erat, celebres aderant monachi Eucherius, Maximus, Hilarius, Faustus, Lupus, alijq qui postea summa cu laude

cum laude Gallicanas ecclesias gubernarunt. Eucherius in proxima Lerini insula Anachoretam agebat, Lerinam tamen initio incoluerat, unde suam eandem insulam solebat appellare. Hic septem alias Collationes iteratis literis a Cassiano extorsit, teste eodem in praefat ante collat 18. In his collationibus liberius de gratia et lib. arbitrio scripsit quam in illis prioribus decem; nam licet collat 3. a cap. 11 usque ad 22. de divinae gratiae necessitate disseruit non adeo tamen confidenter locutus est uti in collat 13 ad Lerinenses. Chaeremon collat. 3 c 15 ait = Hic quoque et initium conversionis ac fidei nostrae, et passionum tolerantiam donari nobis a Dno declaravit. Quod intelligens David quoque etc. Haec autem dicimus, non ut studium nostrum, vel laborem atque industriam quasi inanibus et superfluo impendenda vacuemus, sed ut noverimus nos sine auxilio dei nec adniti posse, nec efficaces nostros esse conatus ad capessendum tam immane praemium puritatis nisi nobis adiutorio Dni ac misericordia fuerit attributum". Verum c 19. quaedam habet quae divinae gratiae non parum derogant, ait enim - quod divinae gratiae sit, praestare nobis proventus occasionum atque victoriam, nostrum vero esse ut concessa dei beneficia intenti vel segnius exequamur", quibus maiorem operis portionem in liberi arbitrij sub priori gratia conatu reponit, sed postea peius loquitur nam illud multi Theologorum tuentur - Quam ratione, ait, etiam illorum caecorum curatione satis evidenter videmus expressa. Quod enim transijt ante eos Jesus, divinae providentiae et dignationis est gratia, quod vociferantur et dicunt: miserere nostri Dne fili David, fidei ipsorum et credulitatis est opus". etiam in cap 15 notat aliquid contra ipsum Cassianum Norisius, quod tamen bene interpretari possumus. Haec quidem Cassianus scripserat Helladio nondum Episcopo. postea vero in collat 13. animosior factus non iam titubanter sed aperte atque audacter liberi arbitrij vires plus iusto contra dei gratiam everit. Ita sine dei gratia docuit posse habere nos studium boni cap 12, ubi et gratiam quoque praevenire liberum arbitrium, quoque ab isto praeveniri tradit. dici deum salvatorem cum praevenit, susceptorem cum praevenitur cap 11. posse homines suis viribus habere fidem cap 14 spem et desiderium boni c 11 orare deum c 12 tentationes vel gravissimas, quales Job passus est, sine gratia posse superari c 14. Ita et tamen Pelagianam sententiam tenere putaretur, ea bona opera a libero arbitrio inchoari tantum, at sine gratia dei perfici nullo modo posse dicebat. Haec habet cap. 8 qui cum in nobis ortum quemdam bonae voluntatis inspexerit, illuminat eam confestim atque confortat et incitat ad salutem, incrementum tribuens ei quam vel ipse plantavit, vel nostro conatu viderit emersisse" et cap 9. in fine - Ut autem evidentius clareat etiam per naturae bonum, quod beneficio Creatoris indultum est, nonnunquam bonarum voluntatum prodire principia, quae tamen nisi a Dno dirigantur ad consummationem virtutis pervenire non possunt, Apostolus testis est dicens ad Rom: Velle

adiacet

adiacet mihi perficere au: bonum n invenio." Tandem invidiose itrum, ~~eode perstringens~~ [illegible]
d tacite perstringens Aug^m, ejusq. e gyptios Monachos in doctrina de diva gratia praeferens
ut in l 12. de institutis Monachorum suorum fecerat, concludit cap 18, nisi velimus
eos potius a Cassiano intelligi qui in Gallia aevius de gratia et lib. arbitrio disputabant
sec Semipelagianismi magistros Aug^no minus detulisse certo scio (Certum de diva gratia
Deinde hanc sermonem fecit Cassianus, qd forte dum illa scribebat, nondum Aug^ni libri
de corrept et gra, neq epistole ad Xisti, I ad Paulinum in Gallias delati fuerant
quas postea Massilienses impugnasse testis e ipse Aug! l. de dono persev. c. 21. Has
collationes septem n fuisse editas post annum 426, si n eode ipso anno emisse sunt,
pro certo habeo Nam Honoratus Abbas Lerinensis circa fine eius anni in occisi Pa-
trocli locum subrogatus Arelatensem ecclae moderanda suscepit Patroclum vero occisum
an. 426 testatur Prosp in Chronico At cum eas collationes scripsit Cassianus, Honoratus n
dum erat episcopus ut ex praef patet Reliquas au collationes septem quas Monachis
in Stoechadibus degentibus inscripsit, cum haec ad Lerinenses emisit, iam in manibus habe-
bat, earum n mentione facit in fine praefat ad Honoratum Has au editas citra
an 429 certum e, nam in praefat meminit Honorati Episcopi adhuc superstitis, qui ineunte
fere illius anni defunctus e Ex his colligitur neq. Prosperum Syrone, neq. Vossium exa-
cta notitia habuisse, quo tempore collationes publicatae fuerint dum ille an 429 vulga-
tas scribit Etenim non uno simul tempore emisse sunt, cum decem priores, itemq. septem se-
quentes ante 426 elucubratae fuerint Unde ceteris longius a veritate Sansenius ab-
erravit, dum post mortem S Aug^ni collationes editas scribit. Vossius etiam putavit
in l de Hist latinis editas a Cassiano collationes an 432 Sed plane ubiq. [illegible]
[illegible] teste Cassiano qui in praef librorum de incarnatione ad Nestorium editorum an 430
ait. absolutis dudum collationum spiritualium libellis ec; ut inde silentio ante S
Aug^m Honoratum decessisse, cum septem collationes et praecipue decimatertia qua Aug
doctrina pulsatur, Cassianus dicavit Sansenius opinione sua tuetur qd Prosp in episto-
la ad Rufinum conquerat de Cassiano qd cum adversa Aug^no sentiret, non saltem
aliquibus scriptis eum veniret ut ab errore revocaret Sed mirum e Sansenium ex
illa epistola in ea opinionem adductum fuisse, in qua paulo post apte Cassiani col-
lationes nominat Prosper

Lerin
Cassian
adhær

L. 2. c. 2. de Lerinensibus Monachis, et Hilario, presertim Episcopo Arelatensi.

Lerinenses Monachi Cassiano cōtra S. Augm. adherent.

192. Ex dictis iam tandem patet unde nam Semipelagianismus in Lerinam navigavit, nempe cum Cassiani collationibus Honorato Lerinensium Monastriarche, atq. Eucherio Monacho nuncupatis. Vignierius in pref. ad opus imp. S. Augni. cōtra Julianum putavit sanctum Lerinensem Abbatem ex eiusdem Juliani que eo [illegible] sermonibus cōtra Augni. opiniones defendendas surrepuisse at ex ijs quae narravimus [illegible] germana eius quo Lerina morbum [illegible] Anno 428 florebant in insula ubi diximus Honorati discipuli Maximus Abbas, Hilarius Arelatensis, Sanctus postea Reiorum antistes Lupus [illegible] Trecensis cum Vincentio fratre quem auctorem Comonitorij vulgo faciunt illisq. proximus Eucherius Lugdunensis, quo impellente Cassianus collationem memorata decima tertia aliasq. sex insuper promulgavit qui vero ex ijs in Cassiani [illegible] [illegible] ostendam et quoniam [illegible] nulla Honorati, nec Maximi, nec Lupi scripta extant, nil [illegible] illi [illegible] sit [illegible] Sanctis illis [illegible] [illegible] sententiis [illegible] vocare Lerinam et de reliquis [illegible] [illegible] illi nulla [illegible] [illegible] illi [illegible] [illegible] atq. ex [illegible] illi Augni. sententia de predestinatione gratuita ad fidem [illegible] reliquum adversus Pelag. [illegible] cum eodem S. Doctore conveniebant Faustum qui an. 433 [illegible] Abba [illegible] fuit ut inferius [illegible] fuisse post Cassianum Semipelni. [illegible] nulli dubium [illegible] extant [illegible] de gra. et lib. arb. duo ab eodem scripta volumina, in quibus Cassiani errores apparent, unde et eiusdem libri in Romana synodo [illegible] Gelasio Augni. [illegible] [illegible] rejecti sunt eosdem etiam impugnavit S. Fulgentius post Lirinensis aliisq., ut [illegible] ex [illegible] [illegible] Hic de Fausti Monachorum Scytharum ad Hormisda Papa Oratores scripsere ac Episcopos Africanos quorum princeps laudatus Fulgentius erat. Libros Sancti [illegible] qui [illegible] qui de Monasterio [illegible] provectus e cōtra predestinis sententia scripsisse, [illegible] [illegible] 11 lib. de incarne et gra cap. 9 [illegible] et Vincentium Lerinense Cassiani, atq. Abbati suo Fausto [illegible] cōtra S. Augm. adhesisse cap. 10 [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] ex illo [illegible] Comonitorio ut [illegible] [illegible] errores [illegible] qui laudatum

laudatum volumen notis illustrarunt eos in illo nevos ad adnotasse

143 De S. Hilario Arelatensi Episcopo qd Cassiano cōa S. Augni adhaeserit

Porro ceteris Lerinensibus Hilarius Arelatensis et Hilarium, et sanctitatis gloria superior ut modo
memoratis concellitis Cassiani sententias defensarunt verum etiam an. 429 Arelatensis Episcopus factus
praecipuus inter illos habebatur qui a S. Augustino in genere de praedestinatione dissidentes Cassiani partes fove-
bant ut multi existimaverunt summi cōa Marquesium Herrera, Ciaconium, et Aloysium Novellam nostri
instituti scriptores doctissimos qui Baronium secuti ad an. 420 Hilarium Arelatensem S. Augustini discipu-
lum illiusque adversus Semipelagianos propugnatorem strenuissimum publicarunt. S. Prosperi data ad Augustinum
epistola cum quae a Cassiano ac Sectatoribus cōa eiusdem de praedestinatione gratuita sententiam in Gal-
liis disputabantur certiorem faceret, et editis libris adversantium impetum retunderet eadem rogavit
addiditque haec verba: ... speramus non solum tenuitatem nostram disputationum tuarum praesidio roboran- de eode
da, sed etiam ipsos quos meritis atque honoribus claros caligo istius opinionis obumbrat defaecatissimum
lumen gratiae recepturos. Nam unus eorum praecipuae auctoritatis et spiritalium studiorum vir Sanctus
Hilarium Arelatensem episcopum, sciat Beatitudo tua admiratorem sectatoremque in aliis omnibus
tuae esse doctrinae, et de hoc quod in querelam trahit, iam pridem apud Sanctitatem tuam sensum suum per
litteras velle perferre. Sed quia utrum hoc facturus aut quo fine sit facturus incertum est etc. // Quomodo
ne a Prospero poterat Hilarius Arelatensis inter Semipelagianos adnumerari? Alius etiam Hilarius Augni
discipulus et monachus Augustinianus qui tunc in Galliis una cum Prospero cōa Cassianum et
asseclas acerrime pro magistri doctrina pugnabant litteras de eorundem Semipelagianorum opinionibus
una cum laudata Prosperi epistola ad S. Doctorem perferendas scripsit, in quibus de Hilario Arela-
tensi plane Prosperi dictis conformia narrat ... plane inquit illud tacere non debeo quod se di-
cant tuae Sanctitatis hoc excepto, in factis ac dictis omnibus admirari // At S. Augustinus utriusque litteris
duos libros rescripsit de praedestinatione Sanctorum ac de dono perseverantiae inscriptos; in huius vero posterioris
cap. 21 de Hilario Arelatensi haec illis rescripsit: Videant tamen qui sine Hilarius ...
quibus immanitas me ingratum esse ut debeo, qui praeter hoc (depravate ... in editis libris propterea ...)
quod in quaestionem venit, omnia mea sicut scribitis se profitentur amplecti videant, inquam, utrum in primi libri
posterioribus partibus duorum illorum quos mei episcopatus initio antequam Pelagiana haeresis appareret ad Simplicianum

Simplicianum Mediolanensem Episcopum scripsi, remanserit aliqua quo voces in dubium quod dei non secundum
merita nostra dari, et utrum non satis egerim etiam initium fidei esse donum dei, et utrum ex iis quae
ibi dicta sunt, non consequenter elucescat etsi non sit expressum etiam usque in finem perseverantia, non nisi ab eo
donari qui nos praedestinavit in suum regnum et gloriam, et postea unde redolant adversus haeresim
Pelagianam iam ante aliquot annos ista dicta esse atque scripta, quae nunc eis displicere miranowe...
ergo teste Augustino Hilarius Episcopus Arelatensis in quaestione de initio fidei ac donorum perseverantiae ab eiusdem
sententia abhorrebant, at non hos omnia S. ceteris dicta se profitebantur amplecti, quod tamen illi posse
displicere Augustinus miratur ex his palam fit S. Hilarium Lirinensem Monachum et postea Episcopum
Salvianum cum Cassiano contra Augustinum ea in quaestione conspirasse

144 De eodem argumento

Baronius ad an. 426 laudatae S. Prosperi epistolae, textum emendat atque ab Hilario Episcopatum
removet, scribens id ex margine, ubi Hilarius Episcopus designabatur in codicem irrepsisse. Putat n.
eas Prosperi literas datas an. 426 quo tempore Honoratus erat Episcopus Arelatensis, quem
etiam diu superstitem fuisse sub Celestino et Sixto III Pontificibus. Comes hinc ipsi fundamento
innixus codicem corrigendum putat, in locum Hilarii Honorato substituto. Hic quidem Hilarium
Arelatensem ut Semipelagium a Prospero notari animadvertit, cum arbitraretur loqui Prosperum de
Episcopis quos meritis et honoribus claros affirmavit ea de Honorato intelligenda ...
cit Hilario etiam nunc Lirina incolente. Sed isti Scriptores in eandem ... sunt quae duos Hila-
rios in unum eundemque confuderunt cum tamen Hilarius qui de Semipelagiis ad Augustinum scribit diver-
sus ab Hilario Arelatensi Episcopo sit ut olim ... Bellarminus in catalogo Scriptorum
... Hilarius Etenim Hilarius Arelatensis sententiam Augustini in quaestione ... , alter vero hic
ad S. Patrem scribit Nolo autem sanctitas tua sic me accipiat ... scribere quasi de his quae
nunc edidisti ego dubitem. Hilarius Arelatensis nunquam vixit in Africa, cum iuvenis Arelate
a S. Honorato Abbate ad meliorem frugem revocatus fuit, alter autem testatur se in Africa
fuisse Augustini discipulum at de his iterum sermo redibit. Porro Hilarius qui ad Augustinum scri-
bit Prosperum rogavit ut longioribus literis Semipelagianorum querelas ad Augustinum deferret. ... inquit, cum
... meum ... eloquio et ... ... omnia collecta suis literis intimaverit quae commu-
... his

commutat his Sedinavit ... de Ep° vero Arelatensi ait Prosp. = id quidem apud Sanctitatem vestram seu sui per literas recte ipsorum ... quia utrum hoc facturus, aut quo fine sit facturus, incertum est // quae de Hilario in defendendo ... Hug^no collega, cuius instantia literas exaratas una cum illius epistola in Africam deferendas sciebat, nullo pacto intelligi possunt. Sed omne dubium absolvemus si quo anno Hilarius Arelatensis Ep^s factus sit ostendamus. Bollandus ad diem 16. Januarij ... stare ait, quot annis sederit Honoratus Arelat. unde et initia Episcopatus Hilarij successoris eius incerta sunt. Baronius in Martyrologij notis ad eadem diem 16 Januarij, scribit excessisse Honoratum sub Xisto qui an 432. Pontificatum iniit, cuius sententiae Vossius accedit l. 6 Hist. Pelag. thesi 14. Sed mihi res certa e. Honoratum an 426 creatum Episcopum habemus et Prosperi chronico, qui auctores illi probe affirmant quod in parvo tempore sacris Arelatensis praefuit tradit eiusdem successor Hilarius in orat de S Honorato ... cap. 6 apud Bollandum in summa ex illo onere quo vos inductus e tempore pauca ... // Hocce vero breve tempus biennij spatio circumscribit ab Honorato Ep^o Massiliensi in vita Hilarij Arelatensis apud Surium ... cap 3. Itaque an 429 die 16 Januarij, qua die ab Ecclesia Honorati memoria colitur, obijt idem Episcopus credendus e. At vero Honorato statim a populo substitutus e Hilarius, qui illuc evocatus fuerat ab eodem quo sibi morienti adesset ut apud eundem Surium eodem loco ... Porro S Germanus Antissiodorensis ... Episcopus ... an 429 ut scribit Baronius, verius an 430 ut dicemus ex legatione Britanica in suam urbem reversus, statim ob cives gravissimorum tributorum onere sublevandos, Arelate ad Auxiliarem Praefectum ... se contulit ita Constantius l. 1. cap. 24 apud Surium die 30 Julij. Atque idem auctor c 23. scribit eo tempore Hilarium fuisse Ep^m Arelatensem: illustrabatur eo tempore civitas Hilarij sacerdote multimoda virtutum pretioso // Quare an 430 Hilarius erat Ep^s. At eo temporis ... Hilarius qui auctor e epistolae ad Aug^m erat laicus, ut patet ex literis S Celestini ad Ep^os Galliae, ubi etiam cap 1. postquam Hilarius Prosperi quas literas datas esse post an 430, ... e ... defuncti Aug^no ... sunt ... Prosp ... Hilarium Ep^m, eodem tempore Hilarius alter ... se laicum testatur, o etiam ... alterum Hilarium ... Episcopum ... describit in ep. ad Aug^m. sunt ... tali ... ut ... ecclesiastica laicos summa reverentia necesse sit exhibere. Quod quidem ita ... mus ... servare, ut ... ob ... reticeremus, quae ad ... huius assertionem ... nostrorum ... suggerebat // Baronius Hilarij Episcopatum ex literis Prosperi ... sit et prava verborum Eucherij intelligentia Hic n in epist paraenetica ad Valerianum, citatis plurimorum exemplis, qui divitijs ac supremarum dignitatum tituli dimissis sacris sese addixerant. Hilarius, inquit, nuper et in Italia nunc Antistites Petronius ambo ex illa
eminentissima

de eodem

... 430 ... Lerinense ...

plenissima, ut aiunt, mundanæ potestatis sede, unus in religionis, alius in Sacerdotij nomen ascendit //. Addit hoc scholion Annalium Scriptor. Hic Eucherius cum creatus è Petronius Episcopus Bononiensis, perseverante Hilario in vita monastica ad an 426 n 22 // At Petronius electus ~~Epus~~ ~~Epus~~ Epus Bononiensis an 430 ut tradit Sigonius in hist Bononiensi. Verum quis non videat oppositum, et quidem aperte colligi ex Eucherij verbis eterum nuper respectis ad nunc, quasi diceret Hilarius nunc Episcopus, et nunc Petronius in Italia alias servus ~~et~~ ac proprietas dictionis omnino corrumpitur

145 de eodē Hilario

Sorellus in sec Aug ani ad an 400, Hilarij Arelatensem monachum augustinianum fuisse putat, imo regula Lerinensi monasterio ab eodē Hilario ex Africa invectam ~~[illegible]~~ eodē an 400 imaginatur. Sed Hilarius Arelatensis Epus nunquam fuit in Africa, neque ab Augno monasticam vestem accepit, id n minime tacuisset S Honoratus Epus Massiliensis, qui Hilarij vitam diligentissime descripsit. quem quidē Hilarij mentorem vocat Gennadius c. 99 de illust script. Hilarius ipse in oratione de laudibus S Honorati ad Arelatenses recitata testatur, se deliciis terrenis immersum ad monasticam ~~[illegible]~~ vitam ab Honorato abbate perductum. Illud vero de illata Gallijs ab Hilario an 400 Augni regula falsum è eo anno exeunte aut sequenti Hilarius natus erat, nam 48 ætatis anno inde obiisse scribit S Honoratus, mortuum aut an 449 ex S Leonis Papæ epist infrius dicemus

S. 2 c 3. de Lerinensibus Monachis alijs Gallicanis.

146 Lerinenses Monachi inviti Augani ? et eorum origine

Intellige Augano nostros Lerinenses monasteriorum sub Augni regula antiquitus [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] monachis unicam S Patris regulam in Occidente [illegible] ac S Benedicti [illegible] [illegible] [illegible] Aug ~~[illegible]~~ Lubin Gallicani regni chorographus qui sacri Martyrologij [illegible] ~~[illegible]~~ [illegible] [illegible]

[illegible]

tabulis summa cum laude nup. illustravit. Hęc scribit. Lerinenses monachi, se S. Augustini discipulos
dicebant an doctrina? an vitę instituto? an utroque? // At postremum improbat. quę sane sententia
modo multum excutienda est. Sed primum initia illius monasterij indaganda nobis sunt. Scriptores
pleriq. Baronij ac Baralis Chronologiam secuti circa an. 375 Lerinensis Cęnobij initia lo-
cant. Quod probari nulla ratione nobis potest. Certum est eo tempore cum S. Honoratus cum sene
Caprasio Lerinam primum ingressus est sedisse apud ~~[illegible]~~ ~~Leontius Epis.~~ Forum
~~[illegible]~~ Iulium Leontium Episcopum, etenim ob id presertim Honoratus Lerinam elegit, ut Leontio
de proximo frueretur, in vita S. Honorati ab Hilario Arelatensi Episcopo et eiusdem discipulo scripta
cap. 12. Habuit tunc Honoratus comitem, imo magistrum S. Caprasium quo etiam socio usus est
cum in ~~Pelopo~~ Peloponnesum transfretaret, ex eadem vita ubi Caprasius senex perfectę consumma-
tęq. gravitatis describitur. Erat ergo tunc ~~Caprasius~~ Caprasius cum in Grecium navigarunt fere
sexagenarius. At ~~[illegible]~~ Caprasium diem obijsse inter annum 445 et 449 certum est. Nam morienti
Caprasio Kal. iunij adfuere Hilarius Arelatensis, Theodorus Foroiuliensis et Maximus
Reiensis. Hęc testatur S. Honoratus Massiliensis in vita S. Hilarij c. 5 apud Surium die 5 May
Sed Hilarius obijt an. 449 die 5 May ut c. 12 dicemus, et rursum an. 445 nondum apud Forum
Iulium sedebat Theodorus, ~~[illegible]~~ sed huius decessor Leontius, quem eodem an. superstitem laudat
in sua epistola ~~[illegible]~~ ad Episcopos Provincię Viennensis S. Leo papa, quas ee datas hoc an.
quem diximus 445 ex literis Valentiniani Imperatoris optime ostendit Baronius, ergo sequitur
quod diximus Caprasium diem obijsse inter an. 445 et 449. Quare si an. 375 ad minus sexa-
gesimum etatis annum agebat Caprasius quo cum Honorato Lerinam petijt, ut id temporis
describitur in laudata S. Honorati vita senex perfectę consummatęq. gravitatis, vixisset ultra
annos 130, et Leontius post Lerinensis Cęnobij structionem supra annos 70 in Epi-
scopatu superstes fuisset quę sine teste affirmare non possumus. Lerinensis Monasterij
chronologiam prosequitur ~~[illegible]~~ Noris. Cuius initia constituenda esse post annum 405 et
ante 410 ostendit. Hic etiam notat ut viri eruditi observarunt syllabam dia in Za ab
antiquis mutatam ita Latines Zabulum pro diabolo scripserunt, ita pro ~~[illegible]~~ dięta Ze-
tes apud Plinium l. 2 epist. 17. Zeta unde Ę. Zetarij apud Paull. lib. 3 sent.
tit. 6 idem quod dietarij. Hęc autem notat Norisius ne quis legens inter Episcopos
Africę, Florentium Hipponensem Diarrytorum et Florentium Hipponensem Zarito-
rum duos diversarum sedium Episcopos suspicaretur. Nota etiam quod duo Hippo-
nes erant Hippo diarytus seu Hippo Zaritus in Provincia proconsulari, et Hippo regius in
Numidia, quedam de utroq. Hippone hic Norisius.

De eod... et origi... chatyi...

147 De eodem argumento et origine monachatus in Galliis

in uno ~~tantum~~ aut altero tantum dogmate ab illo dissentire, ut ante c. 2 ostendimus et Prosp. O. ... que ~~ea~~ a se in Aug^{no} improbari dicebant, ea publicabant Aug^{no} jam disputationis abrepto ex hominibus cessisse id sive ubique in ore habebant se Aplice sedis contra Pelagianos decreta suscipere et tueri = Quinimo, verba sunt epistole Celestini pape ad Epos Galliae c. 3, qui catholico nomine gloriantur in damnatorum hereticorum sensibus seu pravitate seu ~~mala demorantur~~ ingenia demorantes, piissimis disputatoribus obviare presumunt et cum Pelagium atque Celestium anathematizare non dubitent, magistris tamen nostris tanquam necessarium modum excesserint, obloquuntur, ea tantummodo sequi et probare profitentur que sacratissima B. Apli Petri sedes contra inimicos gratie dei per ministerium Presulum suorum sanxit et docuit etc. // ex quibus etiam non negaverim aliquos ~~etiam~~ fortasse pravitate etiam ad Aug^{num} impugnandum inductos fuisse, quod hec suspicio non cadit eos quos ex historia scimus vere sanctitatis fama celebres tunc fuisse.

§ 1 C. 11 De Fausto Ab. Lerinensi, et Vincentio Monacho

188 Faustus Ab. Lerinensis in Aug^{no} errores impugnat

Hoc ipso an. 433 Faustus qui postea Reiorum Epus duos contra S. Aug^{num} libros scripsit, electus est Lerinensis ~~Abba~~ Abbas, sic Norisius probat ~~...~~ ex Sidonio l. 9 epist. 9, et S. Avito Viennensi in epist. ad Regem Burgundionum, Faustus patria habuisse Britanniam iuvene patria maxime coluisse monasterium quem Lerinense induisse et eiusdem cenobij Abbatem electum fuisse anno non quidem 440 ut ex sententia Baronij ad an. 440 de gratia, dilatione Maximi Reiorum Epi, neque 439 ut ex sententia ~~...~~ Userij de anni ordinatione eiusdem Maximi in Antiq. Britan. sequitur, quod anno 1us contendit non fuisse Norisius Maximum septem annis Lerinensi abbatie fuisse cui vero successerit Honorato an. 426 ad Episcopatum Arelat. evecto, ~~ipse an~~ sequitur ut ipse an. 433 factus fuerit Epus Reiorum: unde postea sequitur etiam hoc ipso an. 433 Faustum electum fuisse Lerinensem Abbatem, qui non successit Maximo sic etiam ostendit Norisius homilias ~~...~~ que subtitulo de S. Maximo inter nomen Eusebij Gallicani recensentur tom. 5 bibliot. PP. par. 1, non esse Eucherij Lugdunensis ut scripsit Baronius in notis ad Martyrol. ad diem 27 Nov., neque Cesarij Arelat. ut alij putarunt. ... quantum Fausti Reiorum Epi Aug^{nam} au: doctrinam de predestinatione ad fidem ac gratiam ... abhorruit, impugnaverit. Quinimo in Epist. ad Gregorium diaconum, quem illi ipsi ... ... suspicantur fuisse, qui postea Massilie Epus eo Fausto synodo Lugdunensi instituit quod capiti nemo qui sibi in Aug^{no} ac alijs displicere testatur = in scriptis inquit. S.

Pontificis

Scriptis Aug^ni etenim quod putatur apud doctissimos viros esse suspectus ex his, quae damnanda iudicasti nihil noveris reprehensum // in tantum etiam gratia Vincentius Lerinensis librum commonitorij edidit in quo sectatores S. Aug^ni asseris haereticos vocat. Cuius viginti et amplius annos Faustus Lerinenses monachos gubernavit, omni virtuti monasterarcha exhibens et non modo numero suo monachorum grege, sed nobiles etiam adolescentes sanctioris disciplinis erudivit, quos inter fuit C. Sollius (Sidonius fortasse) Apollinaris frater, vide Eucharisticum Sidonij cui erat Abbas Lerinensium ob iurisdictione lites cum Theodoro Episcopo Forojuliensi, quae postea in Synodo Arelatensi III preside Ravennio Metropolita, decisae sunt. Annus synodi ignoratur, cum vero Ravennius ab an 449 sederit nec annum 462 attigerit (hoc in tempore Leontius vivebat) intra illud tempus illius locandus est. Sirmondus qui acta illa synodalia tom I Conc. Galliae edidit, illam synodum anno 455 alligat sed conjecturam tantum, nec certo argumento id statuere potuit.

Prodijt hoc an 434., auctore Peregrino Monacho commonitorium adversus profanas vocum novitates scriptum illud esse constat ex c. 42 triennium ferme post synodum Ephesinam, quare an 434 cum synodus illa an 431 facta sit. Huius operis unius scopus est novitatis quaslibet doctrinae esse suspectas. Huius librum Baronius ad hunc annum, et Possevinus in apparatu aureum, Bellarminus de Script. eccles. parvum mole virtute maximum, Genadius validissimum, Baronius ad 24 Maij in Martyrol. Gallicano nobilissimum, Johannes Costerius qui etiam illum commentarijs illustravit longe optimum, alij et nervum appellant. Dicitur Baronius in notis ad Martyrol. ad diem 24 Maij auctorem magnae sui nominis in Ecclesia catholica laude celebrem quiesse. At Vossius l. i hist. Pelag. c. 9 scribit: iustae nihilominus rationes sunt, cur Commonitorij scriptorem non solum ab Aug^na de praedestinatione sententia abhorruisse credamus, sed etiam commonitorium adversus Aug^m quemque eos saltem qui Aug^ni sententiam sequerentur, scripsisse existimemus //. Ego quidem ad Vossij sententiam plane accessisse, nisi tot de laudibus sapientissimi scriptoris commonitorio laudes religionem mihi pene incuterent. Attamen cum inter opuscula Prosperi legamus libellum ita inscriptum – Responsiones ad capitula obiectionum Vincentianarum // et aliunde satis nobis probatum sit, Lerinenses a S. Aug^ni de praedestinatione ad fidem sententia recessisse, iure dubitandi occasio datur, num Vincentius Lerinensis auctor commonitorij, ille idem quem S. Prosper impugnavit. Ego quidem libere sententiam

de Vincentio Lerinensi, ut in Symphoro erroribus versatus sit

sententias promat, ostendatque ex eiusdem verbis hunc Vincentium, cum Hilario Arelatensi, Fausto Abbate, aliisque ~~sem~~ Syncretistis Lerinensibus contra S. Augustinum de praedestinatione doctrinam conspirasse. Quod miramur non modo nullos scriptores qui Commentariis Commonitorium illustrarunt, non observasse, verum etiam nec ipsum Vossium, qui nomen illius libri errores notavit. Id autem sic probat Norisius. ~~comment~~ Capitale Massiliensium dogma fuit, commune omnino esse omnibus gratiam dei dari vero illam semetipsam [illegible] quaerentibus, pulsantibus, petentibus, ~~lege cassianum~~ profert hic Norisius testimonia ex ipsis Cassiani verbis l. 12. de instit. coenob. c. 14, ex Fausti l. 2. cap. 10, et ex epist. Prosperi ad Augustinum et c. 23 l. de dono perseverantiae, et ex synodo Arausicana can. VI. et rursum ex Fausto l. 1. c. 15. et apud Maxentium in resp. ad epist. Hormisdae. Cum his autem in hunc errorem venisse Vincentium probat ex cap. 37 Commonitorii ubi inter alia haereticos nuncupat asserentes = quandam dei gratiam esse specialem et personalem, quae sine ullius laboris studii, et industriae merito dei nec petentibus nec quaerentibus nec pulsantibus // sic Augustini de dono perseverantiae et praedestinatione sententiam diversis aliis scriptoribus reprehendens, nam Gennadius de Augustino loquens, et Faustus in praefat. ad Leontium Augustini sententiam errorem, non vero haeresim appellarunt. Et plura hic prosequitur Norisius ostendere Vincentium, toto illo commonitorio adversatum esse Augustini de dono perseverantiae et praedestinatione sententiae, et contra Augustini sectatores scripsisse. Vossius defendit etiam hunc ipsum Lerinensem monachum auctorem habendum esse eius operis quod ~~[illegible] scriptoris eius~~ refellit Prosper in Responsionibus ad capitula objectionum Vincentianarum // contra Baronium qui in notis ad diem 24 Maij in Martyrologio Vincentium alterum Gallicanum presbyterum auctorem illarum objectionum fuisse ~~[illegible]~~ putavit, nam praeter quod nulla [illegible] nec umbra scriptorum de hoc Vincentio presbytero [illegible], nam illius interpretationes in psalmos interiere, iunior est Vincentius (nam Gennadio teste qui [illegible] et amplius annis post Gallicanos illos de gratia tumultus vivente Prospero circa an. 426 excitatos, floruit) quam ut illi possint eas objectiones quibus respondet Prosper adiudicari. Et haec de doctrina commonitorii. Cuius Vincentium fuisse auctorem ex Gennadio habemus l. de script. illustr. c. 64. Etenim auctor commonitorii se ipse Peregrinum vocabit, primus autem eundem nomen Gennadius publicavit, multorum autem testibus in medium hic allatis Norisius concludit Vincentium hunc dum suum scriberet commonitorium monachum quidem, sed nondum Lerinensem fuisse, putat autem eundem eo tempore in quodam Massiliensi monasterio degisse. Licet autem sit de hoc illud certum constare, inquit, videtur, Vincentium commoni-

torij

comonitorij scriptorem apud Lerinenses diem obiisse. Illum n. Lerinensem vocat Genadius, oium vetustarum schedarum indagator diligentissimus, qui in proxima Massiliensi urbe vixit. Et P. Macedo vir sali sup. suo nomine illustris, testatum e, se Lerinensis monasterij in Galliis antiquissimi fama permotum illuc divertisse, ac Vincentij Monachi reliquias nobili loco repositas supplicem venerată. Illius etm nomen sacris R. Eccle. fastis adscriptum legi, ix Kal. Jun. Nulla tn. p nos Vincentij sive eruditioni, sive sanctitati iniuria importati, dum illum unum ex Massiliensibus censuimus qui Semipelag. vulgo audiunt. Neq. n. isti erant id temporis heretici, sed viri doctissimi ac sanctissimi quos S. Aug.nus fratres ac dilectores sui, Prosp. vero licet alias eorum hostis = Sanctos honoris et meriti claros, et egregios in oium virtutum studio viros, honoris ca appellabant ut ante cap. 5 notavimus. Quis au. nesciat Hilarium Arelatensem, Johanem Cassianum, et Faustum Reiensem adhuc in vivis magna in estimatione in Galliis fuisse mortuos vero Arelate, Massilie, et apud Reios uti sanctos coli, cum tamen ijdem fuerint Semipelag. schole magistri sive ab Aug.no in controversia de predne ad fidem recedebant, quo fas erat ea de re in utraq. partem disputare. Anno n. demum centesimo ab Aug.ni obitu, s. doctoris sententia in Arausicana synodo inter fidei canones relata e. Laudati vero Patres Pelag.nos quidem ~~acerrime~~ insectabant, Cassianus l. i de incarn. c. 3. Pelagium refellit, idem prestat Faustus l. i de gra et lib. arb. c. ., Genadius tres cra eundem Pelagium libros scripsit, Hilarius in plenaria Gallie synodo Lupum in Britanniam cra ~~Hilarij sed~~ Pelagij sectatores misit. Vincentius etm quedam cra Pelag.nos scripsit in comonit: c. 14. et 34. Tandem cum, ut notavit Vasquius c. 5 diximus, ~~oes tam Galliani~~ fere oes Galliani epi id temporis ad Semipelag. accessissent, quod etm et Laudato ibidem a Prospero colligi pt in epist. ad Aug.m quo mirum si Vincentius qui toto eo volumine unum hoc urget, nempe comunem sententiam privatis opinionibus preponendam ee, ea in controversia comuni inter Gallie doctores ~~accenserat~~ sententie sibi inherendum ee putaverit, relicta Aug.ni Africani opinione quam nova putabant, et contraria Patrum opinioni, et ecclesiastico sensui ut ex laudato Prospero, et Hilario ~~et qui~~ in epist. ad Aug.m et ex ipso Aug.no in l. de predestne SS.m c. 14 et in l. de dono persev. c. 19 et 20 colligere possumus.

in hac historia exercitatissimus

L. 2. C. 12 multa complectit.

170. *De legatione Episcoporum Gallic. ad Britannos, et Synodo Reiensi Baronii sententia expensa*

Baronius ad an. 435 n. 16. alias S. Germani Antisiodorensis in Britanniam navigationem ad Pelag.[10] exturbandos refert quo etiam anno eiusdem mortem recitat. Id falsum nam altero tantum ante obitum anno Germanum in Britannia traiecisse ex Itinerario ac. sentiunt, diu vero eundem post annum 435 ob[i]isse, Usserius, [illegible] Annales Trecenses ac Sigebertus cum Sigonio aliique tradunt. Instituit a synodo Galliana, quam pro deponendo Celidonio Episcopo Hilarius Arelatensis celebravit anno 444 ut hic probat Norisius. Item Baronius anno 439 n. 44 recitat ab Hilario Arelatensi synodum apud Reios in Gallia coactam qua inter alia decretum fuerit ut Episcopi depositi ob haeresim Pelagii a sedibus suis restituerentur; at in hoc etiam fallitur nulla enim in eo Patrum conventu Pelag.[ianorum] fit mentio neque de aliquo Pelag.[iano] actum; sed unice de uno Armentario Episcopo Ebredunensi punito non ob Pelagianam in[...] quod idem cum canonum decreta a duobus tantum Episcopis ordinatus fuerat. In errorem fortasse induxit Collector Iliovus qui in indice capitum sic titulum praenotavit. De Haereticis et schismaticis Episcopis si ad catholicam fidem venerint, quae observari debeant.

171. *Iulianus Xisto Pontifice repulsus [illegible] di[illegible] Xisto*

Iulianus Pelag.[ianus] hoc anno 439 ad Episcopatum Eclanensem, ex quo olim deiectus fuerat irrepere tentavit sed Leo Archidiaconus callidissimi Haeretici conatus elusit suggerens Xisto Pontifici ut a simulata Pelag.[iani] hominis poenitentia sibi atque Ecclesiae caveret, neque ullatenus pateretur. Narrat haec Prosper in Chronico sub consulatu Theodosii XVII. et Festi Xistus anno sequenti V Kal. Aprilis

Aprilis die obiit, qua die in martyrologiis eiusdem memoria recolitur cum adhuc Presbyter esset Pelagianorum magni illud momenti Patronum iactabant cum sub Zosimo pene ciuitas Romae imponeuerant. Sed postquam Apostolicos Patres Pelagianos cum illis detectis, Xistus omnium primus coram uniuerso Populo Romano post Pontificem in Pelagianos anathema pronunciauit et quo apud Apostolicos recepta forte de se suspicio nos tolleret hac de re extra gratia defendenda ad Aug.m et Alypium scripserat quas cum legeret et diuinae gratiae defendentis litteras ad Aug.m et Alypium dedit quas cum legerent ingenti laetitia se affectos scribit Aug. ep. 104 ad Xistum. Extant etiam huius Xisti III pro peccato Origini doctorum Pelagianos carmina quaedam, quae lapidi in Basilica Pammiana incidenda iussit et in Ecclesiasticis annalibus recitant. Conscripserunt etiam nonnulla opuscula sub nomine Xisti, nempe liber de diuitiis, alii de castitate itemque epistola de malis doctoribus. Sed haec volumina Pelagiano ceno foedata, prius non ea obseruarunt alii Baronius et Bellarminus quibus assentiunt. Scribit autem Photius cod. 54 lectus est liber contra Pelagianos et Celestianos haereses cuius haec inscriptio. Exemplar actorum ab occidentalibus Episcopis aduersus Nestoriana dogmata. Hic refert easdem esse Nestorianas et Celestianas haereses testimonio laudat Cyrillus Alexandr. Episcopus ad Theodosium imperatorem Nestorianas et Celestianas haereses spirare scribentis // Hanc synodum mortuo Celestino a Xisto successore statim statim initi Pontificatus celebratam existimo. Nec enim ea synodus nostri non tempori deputanda videtur, cum nullus amplius tumultus Pelagianis ac Nestorianis cieuerit. Xistus anno insequenti die natalitio synodum de more Romae coegit ut patet ex eiusdem literis ad Cyrillum et Johannem antiochenum scriptis XIV Kal. Octobris Theodosio XIV et Maximo Coss. in qua synodo de Nestorianis ac Pelagianis actum fuit

172
Leo M. Pelagianos insequitur, ibidem Prosp. Chron. Cyrilli

§ Successit Leo a virtutis gestarum gloria Magnus nuncupatus de quo haec Prosp. lib. de promiss. dei dimid. temp. c. 6 in Italia nostri apud Campaniae sitibus, duo venerabili et Apostolico honore nominandus Leo Manicheos subuerteret, et everteret Pelagianos, et maxime Julianum // Haec vero contra Pelagianos facta esse a Leone an. 443 colligit ex Chronico Prosperi qui Maximo et Paterno Coss. scribit. Leo Papa contra Manicheos Romae latitantes insurgit codices eorum igni absumit // Baronius an. 444. n. 8 quem secuti sunt Vossius hist. Pelag. c. 32, Usserius et caeteri arbitrantur Leonem in Campaniam contra Julianum insidias Prosperum destinasse, rogi et relati verbi ex lib. de promissionibus dei partis; colligere se dicunt

se dicunt verum ille auctor n'a se a Leone manicheos ac Pelagnos stratos scribit, et licet ille libri opusculo S. Prosperi Aquitani legat, tamen illi tri adscribendum puto d Prospero altero Africano ut suo ipsum loco probabo Photius cod 54 scribit, Prosperum post repressos a Septimio Epo, et Leone Pelagnos, Romae, plures liberius pro haeresi loquentis disputasse = libellis adversus eos in vulgus editis,, Ceterum nulli sunt libri Prosperi cra Pelagnos. Cum Photius eos libellos vocet intellexisse puto eos, qui in Gallia cra Ingratos evulgavit, quos tri ante Leonis Pontificatum scriptos esse mihi pene constitu e. Cra ingratos vero lepidum illud carmen Rome, eudem scripsisse unus Usserius sine teste affirmat scribit etiam idem Photius Leonem ferventi zelo cra renascentem Pelagtum heresim pugnasse addens - scripsit et Leo Romanus de Pelagianis reversis oportere, si ad redeuntes recipi velint, scriptis opinionem suam detestari,, Baronius ad an 444 n. 8. ait haec scripta Leonis desiderari sed plane illa extant inter epistolas Leonis qd paulo postea ostendes Anno 449 Cyrillus exactis in sede Alexand annis 32. decessit, illiq. Dioscorus subrogatus fuit, Cyrilli mortis hoc an. 444. contigisse probat hic Norisius cra Lupum et Pamimus qui an. 442 Cyrillum obijsse scribunt et Bollandum qui putat an 445. Memoriae mandatum e Celestinum Papam phrygium ad Cyrillum misisse quo maiori cum auctoritate in Ephesina synodo Aptice sedis Legatus ageret. Theodorus Balsamon Patriarcha Antioch in Nomocanone tit 8 c 1 ait - Huius quoq. temporis Patriarcha Alexand ex praesenti edicto ius habet ut cum phrygio celebret. Habuit autem hanc facultatem S Cyrillus a Romano Papa Celestino quando fuit ephesina synodus adversus Nestorium,, Baronius ad an 430 n. 26 scribit Cyrillum accepisse a Pontifice phrygium, nempe ipsum pallium,, At phrygium mitram fuisse et pallium vestem ostendit Henricus Spondanus ad eudem an in epitome annal Baron. In diplomate donationis Constantini dicitur imperator donasse inter cetera Pontifici - phrygium idem mitram, nec non et superhumerale, videlicet lorum ,, idem tradit Eugenius Abbas in vita Ludovici Grossi, alijq. Ut quidem Patriarchae Alexand ante Cyrillum, ab initio usq. Xanae religionis in Egypto fundatae, pallio utebantur, qd a d Marco relictum e demortui Patriarchae collo a successore sumebant, ut tradit Liberatus in Breviario c 20. Mitram phrygium inde appellatam putant Svetserus in notis ad lib i Codini de officijs aulae et Eccle, c 8, et Bullingerus lib i de veste Pontif c. 7, qd illud capitis integumentum opere phrygio elaboratum erat Sed horum opinio mihi non probatur Cinim cum vestis etiam phrygio opere textis fuerint (de quibus l 2 de vestiaria c 11 eruditus agit Octavius Ferrarius) phrygium iuxta eam significatione acceptum non magis capitis quam alterius partis tegumen expressisset Quare mitram phrygium dictam existimo eo qd eadem erat peculiare tegumentum quo Phryges capita gereb

Pelagian
Leo magn
nos et Se
Britanni

capita gerebant quod probat Norisius hic ex Virgilio, Zahano Assyrio, et Isidoro.

173. Anno 442. Cum igitur Illmus Septimius animadvertisset in nostra Provincia Veneta plurimos clericos in
Pelagianos insequuntur Leo Magnus apud Venetos et Germanus in Britannia
speciem tantum damnati erroris Pelagiani in catholicorum consortium receptos hæresim clanculum re:
staurare, statim ad Leonem Pontificem hac de re scripsit. Leo ad Januarium antistitem Aquilejen.
sem totius Provinciæ metropolitanum literas misit quibus hæc inter cetera iniungit = ut congregata
synodo Provinciali sacerdotum, omnes sive presbyteri sive diaconi sive cuiuscunque ordinis cle:
rici qui de Pelagianorum Celestianorumque consortio in comunionem catholicam ea imprudentia sunt
recepti, ut non prius ad damnationem sui compellerentur erroris, nunc saltem postquam hypocri:
sis eorum ex quadam parte detegitur, ad veram correctionem quæ et ipsis prodesse et nullis
nocere possit cogantur. Damnent apertis professionibus sui superbi erroris auctores, et quidquid in doctrina
eorum universalis ecclesia exhorruit, detestentur, omniaque decreta synodalia quæ ad excisionem huius
hæreseos Apostolicæ sedis confirmavit auctoritas amplecti se et in omnibus approbare plenis et apertis
aperte ac propria manu scriptis protestationibus eloquantur. // Epistolam etiam Septimius trans
misit ad eundem Januarium ut patet ex initio eiusdem = Relatione S. fratris et coepiscopi
nostri Septimii quæ in subditis habetur ec. // Hæc Leonis Epistola 4 ad Nicetam
Aquilejensem vulgo inscripta est, quam scriptam esse ad Januarium an. 442 pridie Kal. Julii Ma
pio et Areobindo VV. CC. Coss. probat hic Norisius. Dum autem hæc in Italia contra Pelagianos a
Leone et Januario Aquilejensi decernuntur, videlicet a S. Germano tota Britannia expulsi
solum vertere coacti sunt. Res autem ita se habuit. Regresso anno 430 in Britanniam Pelagianis
per Germanum et Lupum Galliarum Episcopos diuturna pax esse visa fuit. Ita illi quidem re
feliciter gesta in Galliam profecti, hostes clanculum fructuosorum animos tentare, et eodem secta
adjicere lento conatu ceperunt. Quovis da postea occasione crebrescente itineri bellum contra
gratiam restaurantes in publicum erumpunt. Britanni qui vera dogmata tuebantur hos ho
stium insultus per literas Germano Antissiodorensi significarunt. Ille adiuncto Severo Tre
virensium antistite, Lupi Trecensis discipulo, in Britanniam iterato navigavit: ubi magno
cum honore exceptus, populum quidem veræ fidei sana dogmata retinere comperit, pau

cis quibus:

paucis quibusdam ad Pelagianos accedentibus. In rebellionis auctores quaesitum, et minus quam sceleri ..
citas poscebat, in eosdem animadversum est. Christi ex insula pulsi in mediterraneas regiones deportati
ti sunt. Haec omnia suis carminibus descripsit Henricus Antisiodorensis l. 4. vitae B. Germani, qui
sicut Beda l. 1 Hist. Angl. c. 21. haec desumpserunt a Constantio l. 2. vitae S. Germani. Scri
ptores autem non conveniunt in statuendo tempore quo haec contra Pelagianos in Britania per Germa
num facta sunt. Certum vero constat ex Constantio l. 2. c. 5. Germanum altero ante obitum anno in
Britaniam profectum. Norisius hic annum obitus Germani indagavit ut Britanicae eius navigatio
nis tempus statueret. Mortuum autem Germanum esse probat anno 448 in quo Ardone consignit, quare eius in Brita
nia laudata navigatio contigit an. 447.

174
Mors Cassiani
Hoc an. 448 obiisse Massiliae Cassianum scribit Guesnay l. 2. de vita eiusdem c. 2 et c. 25. Dum
non constat Guesnay quippe eodem cap. 25, scribit Cassianum mortuum esse an 449. Cum sane de
morte Cassiani nihil certi in veterum monumentis reperio. Compertum tamen est post an 433 eum decessisse
cessisse, obiit autem cum opinione sanctitatis, et Greg. M. l 6 ep 12 ad Respectam Abbatissam Mas
siliensem laudat Monasterium quod in honorem S Cassiani est consecratum. Urbanus V. caput
Cassiani argentea theca inclusum hac epigraphe ornandum iussit: Caput Sancti Cassiani,
eiusdem memoria colitur Massiliae die 23 iulii. Hic etiam Norisius reprehendit Guesnay scri
bentem l 2 c. 25 Cassianum libros suos de incarnatione Leoni Papae dedicavisse, probatque eos
libros a Cassiano fuisse editos ante synodum Ephesinam celebratam an 431, quare libros
illos Cassianus Leoni quidem dicavit quod colligitur etiam ex Genadio, sed antequam ipse esset Papa
et cum esset adhuc Archidiaconus.

l. 2. c. 13 de Eucherio Lugdun, Hilario Arelat., Synodo Calchedonensi et Iuliano Pelagiano aliisque.

175.
Eucherii Lugdunensis et Hilarii Arelat. mors
Anno 449 diem obierunt Hilarius Arelatensis et Eucherius Lugdunensis. De Hilarii morte
constat ex litteris Leonis Papae, datis hoc anno XI Kal Octobris Asturio et Protogene Coss, un
de errasse ostenditur Genadius qui Hilarii obitum longius producit. Hic de scriptis Hilarii agit No
risius

Norisius eodem an 449. Eucherium Lugdunensem obiisse tradit, et illius ætatis ac regionis Prosp. Tiro in Chronico. Attamen Saussaius ad annum 454 Eucherii mortem collocavit, quem secutus est Labbeus, Baronius vero ad annum 463 eiusdem viri profert, quod certum est quod anno 452 vivebat, nam in epist. 50. Leonis inter reliquos Epos Galliæ recensetur. Hæc quidem Norisius de vita Eucherii. An vero Eucherius Cassiano suo, quem maxime diligebat et ad septem collationes scribendas pene impulit ut ex ipso Cassiano constat collat. 18. c. 1., ita adhæserit, ut Augustino quoad illa de gratia et prædestinatione doctrinam spectat, repugnaverit, haud ausim affirmare. imo Augustiniano illum dogmati studuisse colligo ex iis quæ habet in libro de quæst. vet. testam. ad Salonium filium. ubi ad libros Regum ita scribit = Quia Deus suum illud iustum incorruptumque iudicium et equitatem deprompsit, ut ex pretiosis eligit quempiam, cum merentem reprobat, cum electione indignus efficitur // Porro Eucherii Patris doctrinæ duo eiusdem filii Salonius et Veranius adhærent, in dialog. in parab. Salomonis. Qui licet sub Hilarii disciplina in monasterio Lerinensi educati, Augustinianam in sententiam de prædestinatione amplectuntur. Salonii verba sunt = Lapides sacri, id est sancti et electi viri, opera sunt domini: quia nemo propria virtute, nemo suo merito electus est a Dño, ut celesti ædificationi esset aptus, quod sola gratia et misericordia ipsius // Uterque vero Epus fuit, quorum est communis epistola ad S. Leonem Papam, de quibus etiam mentionem facit Gennadius in catalogo Script. illustr. Possent autem similiter suspicari ex verbis Prosperi in epist. ad Augustinum ubi ait de Semipelag. = et aliqui eorum adepto nuper summo sacerdotii honore supereminent // hos inter includi Eucherium, uti Hilarium intelligi diximus, et maximum denotari quosque Usserius scribit. Sed plane hic hallucinatur: quia libri illi dati sunt an 429 Maximus vero anno demum 433 ad Reiensem sedem evectus est. Eucherius quoque haud in numero eorum Epporum, de quibus Prosp., reponi potest. Nam in oratione parenetica qua Valentinianum cognatum ad monasticam vitam secum ineundam hortatur, atque religiosam solitudinem miris præconiis effert, scribit ab urbe dicta ad sua usque tempora fluxisse annos 1185 quo tempore currebat annus 432 epochæ Xanæ, quo Eucherius adhuc monachus Lerone incolebat. Anno 441 interfuit Arausicanæ I synodo eamque cum ceteris subscripsit.

176. de Synodo Calchedonensi

Hoc anno 449 universo Oriente ob Eutychetis heresim commoto, Leo Pontifex pluribus epistolis tum ad Principes tum ad Epos missis, nascenti malo obviam ire conatus e. Epistolam praecipue dedit ad Flavianum Epum Constantinop. idib. iunij adeo mirabilem, ut in synodo Romana sub Gelasio hoc elogio approbata fuerit = cuius textum quispiam si usque ad unum iota disputaverit, et non eam in omib. venerabiliter receperit, anathema sit. Porro hanc epistolam et ceteras contra Eutichetem a Leone Magno emissas, a Prospero Pontificis notario dictatas fuisse indicat nobis Gennadius eiusdem seculi scriptor de Scrip. illust. c. 84. = Epistolae, inquit, quoque Papae Leonis adversus Eutychem de vera Xti incarnatione ad diversos datae, et ab ipso dictatae creduntur. = quod alijs quoque testijs et argumtis probat hic Norisius. Celebratur autem paulo post an. 451. synodus Calchedonensis adversus Eutychetem et Dioscorum, cui Prosperum Aplicae sedis Notarium inter fuisse Leonis nomine scribit Johanes Antonius Flaminius Imolensis in vita Prosperi, quae legitur apud Surium ad diem 25. iunij, et praefigi solet Prosperi libris. Sed hoc ille scriptor ut plura alia de suo cerebro fingit. Leo in epist. 12 18 31. 41 45 36 38 suos ad synodum Legatos nominat, imo epist. 14 et 22 notarios etiam Roma in Orientem ad synodum destinatos dicit Dulcitium, Epiphanium, et Dionysium neque semel in tot epistolis Prosperi nomen legitur, ut Calchedonensis cum alijs a Leone Legatum missum fuisse, minime verosimile sit. sed et in alijs errasse Flaminium dum vitam Prosperi scripsit ostendit hic Norisius Corrigenda etiam, inquit, e. chronologia Baronij qui anno 449 notarium illum fuisse Leonis asserit, quo munere Epi non fungebantur, ut constat et literis eiusdem Leonis, qui notarios filios suos dicit, nunquam fratres nominat. Neque dein dubium e. postea a idem Baronius ad an. 466 scribit eundem vixisse Epum annos 24, et mortuum asserit an. 466, ut an. 449 quo contra Eutychetem scribi coeptum e. inter Prosperi inter Epos fuerit.

171. Valentiniani Imperat et Iuliani mors, itemque Leonis.

Anno 455 Valentinianus Imperator Romae insidiis Maximi, cuius uxori vim ille intulerat interemptus est, et alia quaedam habet hic Norisius ad Chronologiam ortus, imperii et obitus Valentiniani spectantia. Auctor autem est Sennadius Valentiniano imperante Iulianum Pelagianum obiisse, observandum autem est quod Sennadius describit Baronius an 419 n 54. arguit Sennadium quod dixit Iulianum decessisse Constantio et Valentiniano imperatoribus ~~[illegible]~~ imperantibus, est vero eiusdem liber Basileae 1516 inter opera Hieronymi excusus, tradit Iulianum mortuum Valentiniano Constantii filio imperante, et ita olim legit Petrus de Natalibus unde editio Suffridi Petri corrigenda est, quae ait moritur Valentiniano et Constantino eius filio imperantibus, nam Valentinianus ex Eudoxia coniuge duas tantum filias suscepit ex Procopio lib 1 de Bello Vandalico. Vignierius qui quatuor Augustini contra Iulianum libros tamdiu desideratos posteris donavit, in praefat. operis imperfecti ex eo quod Prosper dicat quodam loco Iulianum Leone Papa vixisse, colligit errasse Sennadium ~~[illegible]~~ imaniter qui Iulianum Valentiniano imperante obiisse scripsit, non ~~animadve~~ animadvertens quod Vignierius Valentinianum occisum fuisse Leonis Papae anno XV.; Sed ~~[illegible]~~ fortasse Vignierius hunc Valentinianum imperatorem huius nominis tertium, cum altero utro Valentiniano primo vel II forte confudit. Hic idem scriptor affirmat diu Iulianum superstitem fuisse, Lirinense etiam coenobium petiisse ubi a Fausto Abbate imprudenter exceptus, eiusdem animum Semipelagianis erroris infecit. Addit attigisse Iulianum tempora Fulgentii Ruspensis, ac tandem in Sicilia ludi magistrum fati cessisse, idque ex MSS testibus quos in lucem se emissurum promittit, probatum sibi esse autumat (etiam nos interim assensum suspendere licebit saltem ab an 426 et Cassiani libris Lirinenses pravis de divina gratia opinionibus infectos accepimus, atque an 429 ex eo coenobio Hilarium Arelatensem magnum Semipelagianorum patronum egressum Prosper asseruit. Fulgentii aetatem eandem attigisse puerum forte quidam Sed Iulianus an 410 erat diaconus quod ex epist. S. Doctoris 131 ad Memorium Iuliani Patrem intelligitur, illam non dedit Possidius Episcopus Calamensis, cum a Synodo Africana celebrata post consulatum Honorii VIII et Theodosii II Augg. an 410. Legatus ad Honorium destinatus fuit, ex codice Concil Africae. Fulgentius vero natus est iuxta Baronii sententiam an 464, nostram vero quadriennio post. Non possum hic non exe crari spississimum errorem, ut mitius loquar, Petri de Natalibus Episcopi Equilini, qui lib 3 de Sanctis inter divos Iulianum Pelagianum connumerat, hunc in cap 54 titulum inscribens. De Sancto Iuliano Confessore // Quo loco in textu vocat Germanum, qui in cap 45 agit de Iuliano scribit = postea vero haeresim Pelagii defendere nisus ~~[illegible]~~ scripsit adversus Augustinum impugnatorem illius libros quatuor, et iterum libro octo // et

in hec s

tri hec p sumas impititas ~~inquit~~ Equitinus scripsit: Hic scripsit adversus quedam impugna
tores eius libros quatuor, et iterum adversus alios hereticos libros octo, Augm inter Here:
siarcas collocato. et hos hoës scribere? Gennadius ait, julianum clarum fuisse inter eccle. docto
res antequam ad Pelagios accederet: unde infertur adeo iuvenem fuisse an. 417. ut Fulgentij pu
eritiam excesserit ~~Hac Norisius agit de juliani libris qui sunt 4or adversus S. Aug~~ Scripsit
julianus contra primum S. Augni librum de nupt et conc libros 4r, hos Augs confutavit altero
l. de nup. et concup, et plenius sex libris contra julianum inscriptis, at julianus 2dum S. Aug
lib. de nup et concup. octo libris rursus impugnavit, quibus Augs in opere imperf respondet
scribit julianus duas se epistolas ad Zosimum scripsisse, totidem alias S. Augs eundictorum
tradit, Romam unam, alteram duodeviginti Eporum subscriptione ~~fir~~ firmatam ad Rufu
Epum Thessalon. ~~...~~ illius epistole, fragmenta quedam refert Marius Mercato
Jansenius in indice librorum a juliano editorum omisit librum de constantia, quem tn se legisse
Beda affirmat in prefat ad lib. Cantic. Quo loco ibidem Beda duos juliani libros comme:
morat in Cantica exaratos quorum primus inscriptus ab illo fuit de Amore ubi hunc posse
a sordidis voluptatibus segregari ostendit; in altero vero sacri Epithalamij expositionem construit,
hereticis sententijs iuxta Pelagnas scholas utroque libro asperso, ut Beda apte demonstrat,
contra hos duos juliani libros, duos et ipse Beda scripsit ea refellens que a juliano fue:
runt posita. Pelagni aut tot severis legibus a Leone M. coerciti sunt ut per triginta
et amplius annos nihil contra ipsos deinceps ab Aplica sede sancitum legamus. Obijt Leo
an. 461 ~~...~~ Gelasius Papa in epist ad Epum Honorium, Leonem
postremum ponit Romanorum presulum qui Pelagios damnarunt Sanctum vero hono
ris ab hoc Leone Augno datum e, ut in epist ad januarium 64 vulgo ad Nice
tam, integra ex Augianis libris capita recitavit

l. 2. c. 14. de Fausto Reiensi Epo et Prospero

178. de anno ordinationis Fausti.

Agit hic Norisius de anno quo Faustus ordinatus fuerit Reiorum Epus, eundemque non li
quere ait, ostendit tn ex epistolis Hilari Pape, ad Leontium et alios Gallicanos Presule
an. 462 satis aperte intelligi, iam ab eo anno Faustum Reiorum Epum fuisse. ut eorum
sententia penitus corruat qui eo tempore Prosperum Aquitanum Reiensium in Gallia Epum
ponunt, uti Baronius, Bellarminus, Saussaius et alij dixerunt, quod ~~alijs quoque~~
quorum argumenta sententiam

argumentis probat ~~Hic~~ Norisius quorundam sententiam aliis quoque argumentis Norisius hic refellit.

174. de Gratia et libris Prosperi

Hic etiam Norisius refellit Johannis Flaminii in vita Prosperi, Ferrarii in menologio et aliorum qui Prosperum fuisse Episcopum scribunt Regii Lepidi in insubria, quod quidem ecclesia sua esse hunc Prosperum ostendit, et pro cultu eius quotannis memoriam celebrat. Postea ostendit Prosperum neque a Gennadio, neque ab eius seculi scriptoribus, neque a scriptoribus maxime sequentis seculi unquam Episcopum appellatum fuisse quare adduci non possumus ut credamus illum revera fuisse Episcopum. Gennadius c. 84 ita scribit: Prosper homo aquitanicae regionis, et Gelasius in indice auctorum approbatorum haec habet. item opuscula Prosperi viri religiosissimi, quod si in libris Honorii Augustodunensis Prosper Episcopus dicitur et alii fortasse ab alio pro alio habere, ostendit hic Norisius contra Vossium qui Prosperum Episcopum fuisse, dicit, id amanuensium erratum fuisse. Quod si Martinus Polonus, et ~~th~~ Trithemius qui post 800 annos a Prosperi obitu vixere, illum Episcopum appellant, antiquis plus fidei habendum est. Quo anno autem S. Prosper obierit incertum est. Scripsit se illum chronicon usque ad captam urbem a Genserico quod accidit an. 455 scribit Gennadius. Marcellinus Comes ut adhuc superstitis mentionem facit ad an. 463.: Philippus Labbe scribit Prosperum decessisse an. 456, quia in Epist. Victorii Aquitani scripta an. 457. ~~...~~ Prosper appellatur Sanctus, cum eo tempore sancti titulus etiam viventibus deferebatur imo cum in eadem epist. Hieronymus appellatur sanctae memoriae, cum non sit autem Prosper, eodem auctore Prosperum an 457 adhuc superstitem fuisse crediderim. Agit postea hic Norisius de libris S. Prosperi, atque illi abiudicat carmen de providentia, quod ab aliis notatum iam fuisse ait, ex hominis scriptis, item libros de praedictionibus et promissionibus dei quos ascribendos esse probat non Prospero Aquitano, sed alteri Prospero Africano. item libros tres de vita contemplativa, quos esse ostendit non Prosperi sed Juliani cognomento Pomerii item libros duos de vocatione gentium, ~~non~~ eosque non esse Prosperi aquitani collata horum librorum ~~cum alij~~ doctrina cum indubitatis aliis Prosperi libris, auctorem eorum non prodit Norisius sed communem opinionem qui eos Prospero aserentis refellens, et ~~p~~ Vossium qui ~~p~~ eos Hilario Arelatensi attribuit, dicit eos medium quid sapere inter Semipelagianos et S. Augustinum. ~~de hoc Prospero Herrera~~ De hoc Prospero Herrera et Ordinis Augustiniani scriptores plura comenti sunt: fuisse patria Lemovicensem: an 399 degisse in Carthagine, fuisse discipulum S. Augustini, et an demum 426 ex Africa in Galliam rediisse. Quae ut sine ratione ~~...~~ (...)

dicunt, ita nullam apud Lectores fidem invenient. Certe Prosper in epist. ad Aug^m scribit an. 429. = ignotus quidem tibi facie, sed iam aliquatenus si reminiscaris, animo ac sermone compertus es = ut plane supinam ignorantiam redoleat quod ~~alii~~ aiunt, Prosperum in Africa fuisse discipulum S. Aug^ni. Sancti Prosperi vitam scripsit etiam Johannes Antonius Flaminius, sed multas ibi eum fabulas nectere ostendit hic Norisius.

160 De Fausto Reiensi. quomodo S. Aug^ni doctrinam impugnaverit

§. 2. C. 15. de Fausto Reiensi, synodis Arelat. et Lugdun. et de Praedestinatianis.

Faustus Reiorum Antistes in ore famae in Galliis versabatur, et provinciae Episcopi ob eiusdem sententiam pendebant. Sidonius et epistolis et carminibus ad Faustum datis eundem supra ceteros illius aetatis Praesules effert. S. Patiens Episcopus Lugdunensis cum celeberrimam S. Iusti Basilicam sacraret, atque ad encaenia peragenda plurimi Antistites convenissent, Faustus, eius precibus exoratus, luculentam orationem habuit, excipiente ac plurimum commendante una cum aliis eodem Sidonio. Ruricius vir nobilissimus ac postea ~~Lugdunensis~~ Episcopus Lemovicensis cum de abdicanda uxore, liberis, ac ditissimo patrimonio deliberaret, Fausto per literas hoc ipsum significavit, quem nuncupare solebat Patrem optimum, et Pastorem egregium = ex lib. 1 epist. 2. Et quidem universi Arelatensis provinciae Episcopi in causa Hermetis dicentes ad Hilarum sen. Hilarum Pontificem Fausto legationem iniunxerunt. Faustus vetus suorum Lerinensium commilitonum, et Cassiani magistri opinionum insignis (?) Aug^ni sententiam de efficaci electionis praedestinatione hac occasione impugnavit. Fama erat nonnullos ita S. Doctoris sententiam de gratuita praedestinatione defendere, ut in absurdos prorsus errores declinarent, quos Aug^ani dogmatis adversarii alii exaggerabant. Leontius Arelatensis Antistes, qui ex Hilari [illegible] to in Galliis synodum cogebat ut e Provincia horrida illa opinionum portenta quae a [illegible] defendi rumor erat, averruncaret, illam Arelate indixit in qua cum plurima contra novas et periculosa dogmata Patres statuissent, uni Fausto communi consensu ~~[illegible]~~ iniunctum fuit ut editis libris ea fusius pertractaret de quibus in synodo actum fuerat. Testatur hoc Faustus in praefatione ad Leontium: quem pro sollicitudine, inquit, pastorali, Beatus Papa Leonti in condemnando ~~[illegible]~~ praedestinationis errore, illius summorum Antistitum congregatis, universum Galliarum [illegible] praestitisti. Quod vero ad ordinanda ea quae in collatione publica doctissime protulisti opera infirmis humeris curamque mandasti, parum ut reor tanto negotio, parum sanctae existimationi vestrae consuluisti, et me iudicio charitatis, vos periculo electionis onerastis.

Hunc Leontium

Illum Leontium, cui suum opus Faustus inscripsit, fuisse Epum Arelatensem probat hic Norisius
contra Baronium qui ad an. 490 et saepe alibi, et Saussaius ad diem 1 Xbris, putant eum ce
lebrem illum Leontium Forojuliensem cui Cassianus decem priores collationes dedicavit. itaque res
ab utroque gestas gravi hallucinatione Saussaius cum Forojuliensi adscribit. Initio vero cum
novi rursum errores in controversia de gratia, qui auxilij emersissent, in Lugdunensi synodo co
ram patribus disputandorum cura eidem Fausto commissa est. Testatur hoc Faustus in fine eiusdem praefatio
nis: "In quo quidem, inquit, opusculo nostro Arelatensis Concilij subscriptionem, novis erroribus de
prehensis, adjici aliqua synodus Lugdunensis exegit." At Faustus mala fide atque animo
adversus Aug.ni sententiae praeoccupato, demandatum munus exequitur, a vectori dogmate exor-
bitavit. Etenim sub praetextu praedestinatianae haeresis disputandae, duos de gratia et libero arbitrio li-
bros scripsit in quibus sub alieno corio Aug.s vapulavit. Siquidem eiusdem de gratuita praedestinatione sen-
tentias totis lacertis impugnat, Massiliensium dogmata dudum a S. doctore eversa restaurat, ac
blasphemias quas ab Aug.no procul amoverat Prosper eidem rursus imponit, universaque
sacri codicis testimonia a S. doctore laudata, eorumque interpretationes excutit, ut Ioannes Maxen-
tius ostendit in responsione adversus Hormisdae. Unum et breve quidem caput 1o libri pri-
mi nemine alio inspiciamus, ac videbimus [illegible] in eo Faustum e diametro contra Aug.m
pugnare. [illegible] cum S. Aug.ni sententias de praedestinatione pluribus oppugnasset concludit — Si ergo
unus ad vitam alter ad perditionem, ut asserunt, est deputatus, sicut quidam Sanctorum dixit, non
indicandi nascimur sed iudicati." Quis autem ille Sanctorum fuit qui illam sententiam docuit, nisi
Aug.us qui sententias eas docuit, et subtilissime tradidit et validissime propugnavit? Atque
olim scripserat idem Faustus ad Graecum, alique in Aug.m scriptis apud doctissimos esse
suspectum [illegible] dogma de praedestinatione sine ulla meritorum praevisione. Praeterea Faustus
totus in eo est, ut suorum Lerinensium opiniones revocat. Saepe fidem ex viribus liberi arbitrii
nasci docet lib 2 c 4 ait: Unde hic extra legem positi accusantur incredulitatis, nisi quia le-
gem rei naturae, cui fides iuncta est, servare noluerunt? Unde obijcitur incredulitas, nisi
quia in promptu fuit credendi facultas? Liberi itaque arbitrii ratio facit, ut remuneretur
credens, ut damnetur incredulus." Inter ceteros autem qui Praedestinatianorum erroribus infecti
censebantur, erat Lucidus nescio quis presbyter quem ut ab eo dogmate Faustus ~~[illegible]~~
abduceret, epistolam misit eidem amice scribens, quo horridam sententiam ejueret, publi-
ce, sin minus obsequeretur, delationem apud synodum comminatur. Huic epistolae subscripse-
re undecim Episcopi, ac ipse etiam postea Lucidus. Fueritne ad synodum Arelatensem evo-
catus Lucidus, et illae literae in synodo, aut ante, aut post eiusdem celebrationem subscriptae
ab Episcopis fuerint, inferius disquiretur. Certe extant apud Faustum eiusdem Lucidi Epistola
epistola ad Patres synodi Lugdunensis ut vulgo putant, in qua suos errores revo
cat Baronius

revocat Baronius, Vossius aliiq. Predestanos repellendi provincia a Patrib Fausto Reiensi demandata sunt, qd strenue se gesserat in Lucino ad bona frugem revocando. Faustus tn inuiunt ea suis libris inseruisse, que haud in mandatis habebat, quib doctissimi illi Antistites minime albos calculos addidissent, ille quidem eo in greve totus, [illegible] unde postea a Romanis Pontificib ac Patrib unanimi [illegible] reprobatus fuit

181
De Predestinatianis

Cum Faustus occasione erroris Predestinatiani profligandi Arelati ac Lugduni synodos coactas testetur de hac hodie secta gravis [illegible] paucis ab hinc annis exarsit, et nob nunc videndum e unde et quo tempore emerserit. Primus qui huius secte mentionem fecit fuit Prosp Tiro, cuius Chronicon legit tom. 5 Bibl PP. Hic n ad annu Honorij XXIII ait = Predestinatorum heresis que ab Augm libris male intellectis accepisse dicit initium his temporib serpere exorsa e" Cu vero Honorius an 395 die 17 January, mortuo Theodosio Patre imperiu indeptus sit, anno 417 Predestinatorum heresis ex Tirone prorupit Sigebertus ad annu 415 illa recitat. Eiusdem mentionem etm faciunt, Faustus in prefatione ad Leontiu et Arnobius iunior in expositione psalteru. Mirari soleo homines eruditos Prospero Tironi adeo [illegible] fidei prestitisse. Ostendit hic Norisius multa maxime in iis que ad Chronologiam [illegible] peccasse hunc Prospeu Tirone in iis que scribit imperante Honorio [illegible] Malle, inquit Norisius, Augie stabulu purgare q Tironis huius errores recitare. Tot an ad ve nostra veniamus, proinde anno 417 nondum S. doctor de predeme electorum scribere inceperat, d anno insequenti in epistola ad [illegible] et libris cra Julianu postea editis famosa illa sententia fusius tradidit, q anno [illegible] 417 in epist 106 ad Paulinu paucis induxerat. Viderint ig qui Predestane heresec chronologia ex Prospo Tirone laudant, quali Scriptori fidei prestent. Sirmondus in libello de Heresi eadem c 1 ostendit anno circit 424 apud Monachos Adrumetinos id genus secte emersisse. Addit c 2 Prospu, et Hilariu cra eadem, Gallias inficientem, Augm pem petijsse, cuiq movem gessisse Augm mittit cra Predestianos libros de predestinatione ssm et de dono perseverantie. Deinde c 3 scribit memoratos Prospu et Hilariu mortuo Augno cu se predestianorum furori comprimendo impares intelligerent [illegible] ad Celestinu

